

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive  
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios  
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

**Chamier, Daniel**

**[Frankfurt], 1627**

Liber undecimus, De legis impletione

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

## DE SANCTIFICATIONE.

VII. Respondeo, argumenti consequentiam esse absurdam. Non peccat, qui non consentit concupiscentiae. Ergo concupiscentia non est peccatum. Cur non ego similiter? Non agit malum, qui non consentit: Ergo concupiscentia non est malum? At ne ipsi quidem Papistæ ausint negare esse malum. Imo cur non dicam: Qui non consentit adulterio, non peccat, & est sine culpa: Ergo adulterium non est peccatum? At si dicam, omnes exibent. Errerito. Nam contra potius: Concupiscentiam op̄petet esse malam, oportet esse peccatum, quia qui ei consentit, habet culpam, & peccat. Non potest enim peccare, nisi qui in peccatum consentit.

VIII. Tertium caput, ex primi contra duas Pelagianorum Epist. cap. 10. Nulla ergo damnatio est iis, qui sunt in Christo Iesu. Non enim damnatur, nisi qui concupiscentia carnis consentit ad malam.

IX. Ita est, inquam: Sed nego se qui, concupiscentiam non esse peccatum. Ratio enim, cur non damnatur, qui non consentiunt concupiscentiae, ea est, quia concupiscentiae culpa est condonata in baptismo. Itaque dum deinceps ei non consentiatur, non nocbit. Sed profecto, si ei consentiatur, erit damnatio, nimurum, quia consensus est in peccatum. Quod est absurdum, si concupiscentia nullum peccatum est. Quid? nomine etiam nulla damnatio est adulterio, propter adulterium post penitentiam, si deinceps non consentiat adulterio? Et tamen adulterium reuera peccatum est.

X. Quartum caput negat illam petitionem, *Dimitte nobis debita nostra, pertinere ad motus concupiscentiae involuntarios.* Epist. 200. ad Ascelicum, *Quamvis insint, dum sumus in corpore mortis huius, desideria peccati, si nulli eorum adhiberemus consensum, non esset unde diceremus, Pater noster, qui es in celis, dimitte nobis debita nostra.* Quod iterum repetitur in Psalm. 118. conc. 3.

XI. Sed haec mera est pessima: Augustinus docet concupiscentiae culpam dimissam esse in baptismō, itaque censet eius remissionem non postulari quotidie: Nec eius tantum, sed nec eorum, quae secundum eam egerimus ante baptismum. Recito, ex ea 3. concione, *Sed adhuc querendum est, que petamus dimitti nobis, quando dicimus Deo, Dimitte nobis debita nostra, utrumque nos operamur, quando peccati desideria obedimus, an ipsa desideria nobis dimitti volumus, quae nos non operamur, sed quod habitat in nobis peccatum.* Quantum ego quidem sapere possum, languoris illius & infirmitatis, unde illicita desideria commouentur, quo a peccatum appellat Apostolus, *vniuersus reatus Sacramento baptismatis si solitus, cum omnibus quae illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus, nec deinceps nobis languor iste obesseret, quamvis inesse, si desiderii eius illicitis nulla unquam obseruentiam praberemus.* Plana res est. Existimat non postulari remissionem concupiscentiae, quia iam sit remissa. Non ergo, quia non sit peccatum per se, sed quia per accidentis careat culpa.

XII. Quintum, quia distinguitur infirmitas à peccato. 14. de Trinit. 17. *Quemadmodum aliud est carere febriue, aliud ab infirmitate, qua febribus facta est, reualescerē, item, aliud est in sixum telum de corpore demere, aliud vulnerum quod eo factum est, secunda curatione sanare, ita prima curatio est, causam remeare languoris, quod per omnium sit indulgentiam peccatorum, secunda, ipsum sanare languorem, quod sit paulatim proficiendo in renovatione huius imaginis.* De Continentia cap. 7. Tractat. 41. in Joannem, & Sermon. 6. de Verbis Apostoli.

XIII. Respondeo, plurimis locis solere Augustinum haec comparatio-

ne, morbi & infirmitatis, representare quid in homine regenit agat gratia quid natura reclinet. Sed nego morbum & infirmitatem opponi, tanquam diuersa genera, sed tanquam diuersos gradus. Est enim infirmitas morbus non enim sanitas, sed morbus vrgens ad sanitatem. Omnino ad eundem modum: Concupiscentia in renatis ablata culpa, quae est mortifera, & vis furtiva peccati, remanet quidem peccatum, sed non mortiferum; & vergens ad salutem. Hac ergo ratione infirmitas, sed simul etiam peccatum perse.

XIV. Præterea infirmitas ex morbo, varijs sunt gradus, prout magis & magis distat à morbo, acceditque ad sanitatem. Quo autem minus à sanitate distat, hoc magis morbus dicitur, & eo agnosciuntur, quod & similia symptomata efficiant, & gemitus eliciant similes. Quid ergo de hac infirmitate dicimus? Certe res ipsa dicitur adhuc longum esse ab ea ad sanitatem intercalum. Nam & symptomata morbi subinde ostendit. Fateturque Augustinus ab hac evenire non rara peccata. Tum vero Paulus assertit, & producit in genus omne cupiditatum, & velle se bonum quod non faciat, nolle malum quod faciat, quae quidem si non sunt peccati symptomata, quid sunt? Sed vnu' tu scire, qualia sunt, quantaque symptomata? *Carne inquit seruio legi peccati.* Sed nihil vehementer hoc planctu, *Ego carnalis sum, venditus sub peccatum.* *Vin' & euilatum, & talem euilatum, qualis esse maior non possit?* *Me miserum! quis eripet me ex isto corpore moris?*

XV. Verum est igitur: Concupiscentiam, quae in fidei residua est, esse infirmitatem aliquam. Sed qualis illa est in ægroti corpore, quod luctatum cum paroxysmo morbi, spem in meliorem deuenit sanitatis. Nam quemadmodum hæc infirmitas talis est, ut adhuc sit re ipsa morbus: Sic languor ille, non alias, quam qui peccati nomine significandus sit. Vna tantum ratione non peccatum, quod certa sit spes salutis. Quare argumentum nō bene concluditur à Bellarmino. Infirmitas est à morbo: Ergo non est morbus. Languor est à peccato, ergo non est peccatum.

XVI. Sextum superest, à causa propter quam appellari dicat peccatum. Primi Retract. 15. *Hot peccatum, de quo sic est loquutus Apostolus, ideo peccatum vocatur, quia à peccato factum est, & pena peccati est.* Libri 1. contra duas Epistolæ Pelagianor. 13. *Sed haec etiam si vocetur peccatum, non utique, quia peccatum est, sed quia à peccato facta est, sic vocatur, sicut Scriptura, manus cuiusque dicitur, quod manus eam fecerit.* Lib. 1. de Nupt. & Concupisc. cap. 23. ad diuitia alia ratio. *Quia causa sit peccati, sicut frigus dicitur pigrum, quia facit homines pigrorum.*

XVII. Responso, ut ante, peccatum esse proprie coniunctum cum reatu, itaque per se omne peccatum reum efficere eum in quo sit. Secundū hanc proprietatem negare Augustinum concupiscentiam esse peccatum, cum eius remissus est reatus. Sed absolute esse peccatum non negare, ut diximus. Habes diserte de Nupt. & Concupisc. lib. 1. cap. 25. *Ex hac concupiscentia, quia licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, tamen natura non accidit nisi de peccato.* Et 25. *Dimitte concupiscentiam carnis in baptismo, non vt non sit, sed ut in peccatum non imputetur.* Quamvis autem reatus suo iam soluto, manet tandem donec sanetur omnis infirmitas nostra. Et 26. *In eis ergo qui regenerantur in Christo, cum remissionem accipiunt prorsus omnium peccatorum, utique necesse est, ut reatus etiam huius, licet adhuc manentibz concupiscentia remittatur, ut in peccatum, sicut dixi, non imputetur.*

FINIS LIBRI DECIMI.

## LIBER Vnde CIMS. De LEGIS IMPLETIONE.

### Caput Primum.

#### STATVS QUÆSTIONIS DE TOTIVS LEGIS OBSERVATIONE.

**A**CTENVS de Concupiscentia, quæ prima est Sanctificationis imperfectio. Sequitur altera in actibus, quæ sumitur à peccatis actualib. de qua hæc verba sunt Confusionis Gallica. Art. 11. *Dicimus præterea hanc peruersitatem semper edere frustis aliquos malitia, & rebellionis, adeo ut etiā qui sanctitate excellunt, quamvis ei resistant, multis tamen infirmitatibus, & delictis sint contaminati quandiu in hoc mundo versantur.*

II. Quæ verba hoc efficiunt: In hoc reum, naturæque humanae statu, uno verbo, in hac vita, qualisunque illa sit, siue breuis, siue longa, ipsos regeneratos, quantumvis progressos, habere secum reliquias suæ corruptionis, hoc est, peccatum inhabitans, eti non regnans, neque illud otiosum, sed ita agens, ut subinde erumpat in opera non bona, quæ hinc, quæ hac. Adeoque nullum tam esse attentum Sanctificationi, cuius se obligatum sentit, cuiusque habet in se initia, imo etiam progressus, ut non crebro dormitet: Et, exempli gratia, qui diligenter cauet cædes, non sit negligenter in scortatione, aut qui & cædes vitet, & scorta, nullum, aut futurum commitrat, aut mendacium admittat, & sic deinceps, quotcunque esse possunt peccatorum species. Nec raro etiam, qui longo tempore ab uno viro abstinuit, in idipsum labatur tandem.

III. Vnde conficimus: Legem Dei, quæ regula sit humanae iustitiae perfectissima, non esse accommodata viribus humanis, quales ex vires sunt in hoc statu corruptionis. Nam, si de viribus loquaris naturalibus, quæ natura fuit à creatione, tum sane non negemus aptam fuisse humani ingenii viribus, non tantum integris, quantum ad facultates omnes mere naturales spectat, sed etiam quantum ad dona supernaturalia, ad beatum statum necessaria. Sed peccatum ingressum in mundum, eo ipso quod imaginem di-

uuiam fecerat, infregit illas etiam vires, adeo ut quod semper debet, quodque oiliū poterat, nunc non possit præstare, ut alias disputatum est.

IV. Jam peccato superueniens gratia restauracionis, illam ipsam imaginem restituit, restituit etiam vires amissas, ita ut regenerati, primo velint, deinde etiam possint legi subici, eamque præstare. Ita temperat tamen Deus hanc restauracionem, ut eius perfectionem promittat futuram in altera decimū vita, ubi erit ipse omnia in omnibus, quandiu autē peregrinabimur ab eo, semper ab ea perfectione absimus, & gemamus adhuc sub peccatorum pondere.

V. Hoc posito, pronuntiamus, Legis Dei obseruationem, qualis esse debet, ut inde iustus dicatur aliquis, esse hominibus omnibus non *luxuriantum*, sed etiam *impossibilem*, neque dari posse ullum unquam, pater vnicum D. N. I. C. aut in præteritū, aut in futurū, qui ad eam perfectionem peruererit, ut non sœpe peccaret, & opere, & cogitatione.

VI. Papistæ tantam deictionē non ferentes, contra disputant. Et Cochlaeus quidem ad artic. 18. Confessionis Augustana, non probat damnari eos, qui hominem, propriis naturæ viribus, doceant posse præcepta Dei facere, quoad substantiam actis. Videri enim hominis naturam, & mestem nimis depriri, atque à naturali bonitate, quæ habet à Deo, deiicere. Imo ipsum Deum optimum maximum, summa bonitate, clementiaque, & misericordia priuare, dum imputant ei, quod imposuerit præcepta factu impossibilita, quod sit tyrannicum. Sed hæc pars à nobis tractata est iampridem.

VII. Nec videtur hæc opinio Cochlaei obtinuisse apud Papistas. Alij enim continent se intra gratia terminos. Et Salmeno diserte monet in iustis duplices inueniri vires, præstandæq; legis facultates, alias naturales, ex virtute nudi liberi arbitrij, esque has infirmas, ac imbecillas ad præcepta diuinæ legis obseruanda, imo abiis, si quod præceptum posse seruari, non placitum tamen Deo, quia non seruaretur ad mentem legislatoris. Alias vires naturæ,

naturæ, esse vigore gratiæ, & diuinæ virtutis affectas. Sic autem obseruari posse, & debere à uito totam diuinam legem.

VIII. Itaque thesif Bellarminus hanc ponit. Vtrum homines iustificati, & gratia Domini adiuuante, possint ita legem implere, ut opera ipsorum, non modo non sint appellanda peccata, sed etiam vere ac proprie iusta dici mereantur. Tum à suis omnibus Catholicis, summa confensione doceri legem Dei, iustis hominibus absolute esse possibilem, non quidem per se las vires liberi arbitrii, sed per auxilium gratiæ Dei, & Spiritum fidei & charitatis in ipsa iustificatione infusum.

IX. Inde etiam Lindanus: Sicuti Christus iustitiam faciendo, legemque præstando, non solum vere, sed perfecte etiam iustus est, sic & Christiani pi, & vere, & perfecte iusti sunt, quanquam non eo perfectionis gradu, quo ille perfectissime iustus est, & omnibus numeris absolutissimus. Esse enim geminam iustitiam Euangelicam, perfectam vnam, aliam imperfectam, sicut & perfectiones duas. Priorum, perfectam, & incomparabilem veritatem, perfectamque iustitiam Dei virtutibus cooptandam: Alteram nostræ competentem fragilitati. Secundum illam ergo, nullam posse creaturam esse perfectam.

X. Est ergo perspicuus quaestio[n]is status: Vtrum legis obseruatio possibilis sit hominibus iustis, per eam gratiæ mensuram, quæ datur in hac vita. Hanc thesif Papistæ assertunt, Catholici negant.

XI. Sed sunt duo capita, adeo illa tamen vicina, ut à plerisque Papistis confundantur. Nos malum distinguere. Prius caput agit in genere de totius legis obseruatione: Alterum signifikat de bonitate operum pendentium ab ea obseruatione.

XII. De priori, diserta habemus aduersariorum verba, Alphonsi de Castro, Obseruationem omnium præceptorum Dei esse nobis possibilem cum ipsius adiutorio. Gregorij de Valentia, Posse omnia præcepta, cum diuina gratia, ita seruari, ut vitentur omnia peccata mortalia. Soto, Posse esse nobis cum diuino favore, & adiutorio, sic in hac vita totam legem, atque adeo dilectionis præceptum implere, ut non modo singula, verum omnia peccata mortalia possimus vitare.

XIII. Enim uero, quod isti peccatorum mortaliū, tam curiose meminirent, non est de nihilo. Fatentur enim etiam iustis excidere nonnunquam aliiquid non exactum. Sed id qua mercantur statuta operæ pretium fuerit cognoscere ex Lindano, cuius iam verba audita sunt de Perfectione. Etsi enim, inquit, mandata Dei vere custodiunt (nimirum ruiti) & tamen eis ad unum omnibus vere cum D. Iacobu etiam agnoscendum, In multis offendimus omnes, quo dicto, nec se ipse, nec exterorum Apostolorum ullum ab hac offensione voluit exclusum. Verum ha[ec] offensa, non tam sunt graves, ut Deum offendant graviter, nec tam grandes, ut latenter hostiliter, proinde nec à regno Dei ipsos excludere possunt, quippe cum illam cum Deo amicitiam non violent, sed integrum, illamque relinquant. Vitia enim si n. lapsus sunt, & aquag. ual., sed crimina non sunt, aut n. uita. Et haec sunt hactenus non insueta Papistis verba, distinguenteribus Veniale à Mortali. Sed audi iterum, Ipsi ergo vitiorum, atq. lapsuum quotidiani nauuli, licet Christiani hominis vitam, quasi puluisculo aspergant, leuiter, haud quam tamen defœdanti turpiter. Attende, non tantum vitia, & lapsus per uia, sed etiam non nauios, sed nauulos, non puluerem, sed puluisculum, non foedare, sed aspergere, imo ne aspergere quidem, sed leuiter aspergere. Eta mihi alium indicato, qui de Sanctorum peccatis mollius loquutus sit, aut etiam potuerit loqui. Nimirum isti rigidis Catonibus, aut si malis, Draconibus, nauuli erunt, & puluisculi, non tantum Abrahami, Isaaciique mendacia officiosa, aut Petri dissimulatio, quæ tantum non in meritas virtutes transfigurant, sed etiam nauuli erunt, puluisculi erunt, & quidem tantum aspergentes, imo leuiter aspergentes, Noachi ebrietas, Loti incestus, Davidis adulterium, & homicidium, Petri abnegatio, & similia omnia.

XIV. Sed de isto capite disputarunt mihi cogniti Papistæ Alphonſus de Castro aduersus Haeresis lib. 12. verbo Præceptum, hæreſi 4. Petrus Auratus paradoxo 73. Lindanus Panoplia libri 3. cap. 19. Dominicus à Soto de Natura & Gratia libr. 3. cap. 3. 4. 5. Bellarminus de Iustificatio ac libr. 4. cap. 11. & tribus sequentibus. Gregorius de Valentia in Thomam Tom. 2. disputatione 8. que. 1. punet. 5. art. 3. Et libri de Diuina gratia, c. 2. part. 4. Salmero ad Galat. disp. 14. Beccanus de Iustitia Bonorum operum ca. 1. Sonnius Demonstrationum lib. 3. tract. 1. c. 10. & tractat. 11. ca. 5. ac sequent. Vasques disp. 212. in 1. 2.

## C A P. II.

## De Facilitate legis.

I. Rimum argumentum Assertoribus ferme omnibus in ore, quod ita formari oportet: Omne facile est possibile. At lex est facilis. Ergo & possibilis. Maior per se patet. Minorem, quam sciunt negari, & que cum thesi, probant variis Scriptura locis.

II. Primo enim Alphonſus, Auratus, De Valencia ex 30. cap. Deuteronomio. Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque supra te positum. Nec in celo situm, ut possis dicere. Quis nostrum valet ad celum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere implamis? Neque trans mare positum, ut caueris, & dicas. Quis è nobis poterit transfratre mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire, & facere quod præceptum est? Sed tuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Quibus verbis, inquit Alphonſus, nihil poterat expressius dici, ut ostenderet obseruationem mandatorum Dei esse possibilem.

III. Respondeo, negari quod Alphonſus pro certo ponit, describi his verbis facilem legis prestationem. Negandi rationem sic explico. Citatur hic ipse locus à Paulo ad Roman. 10. pro iustitia fidei. Vnde factum, ut Interpretes in duas sententias distracti sint. Quidam tenent Mosen ad literam esse loquutum de lege à se lata, ideoque locum à Paulo applicatum iustitiae Euangelicæ per allusionem quandam, siue analogiam. Alij censent potius huius loci verum, propter quæ illum sensum esse, quo Paulus vñus sit, ut non de lege, sed de Euangeli iustitia Mosen populum admoneret. Nos hanc literam nostram non facimus, sed argumenti ym nullam esse demonstrabimus in vtramvis partem.

IV. Etsi ergo concedendum esset, loqui Mosen propriæ de lege, tamen Tom. III.

nego asserere facilitatem præstandæ legis. Ratio, quia ad legem præstandam duo sunt necessaria, primum, ut lex ipsa cognoscatur, alterum, ut ei, cui lex imponitur, vires suppetant, adeo ut altero illorum deficiente, alterum nō sufficiat. Nam neq; cui potest, per se vñquam efficiat quod nesciat, neque qui sciat, si nequeat. Iam vtrumque homini deest corrupto, sed vtrumque restituitur per gratiam, vario tamen modo. Cognitio per reuelationem restituitur, quæ extrinsecus aures, indeque etiam mentem pulsat, ut sciant multi etiam non fideles, quid teneantur agere, quod tamen ne velint quidem. Iam vires sufficiuntur intrinsecus per infusam Spiritus gratiam fidelibus propriam, ita ut hi & velle incipiāt, & efficere, sed quia hæc gratia datur ad mensuram, id eo etiā efficiant, non perficiunt tamen.

V. Hic igitur Mosis locus, si intelligatur de lege, significat, auferri prius illud impedimentum ab ignoratione, nimurum illa ipsa publicatione legis, quæ siebat per Mosen. Manifestum ex disertis verbis, Ut, inquit, deferat illud ad nos. Nonne perspicuum, aliud esse deferri mandatum ad aliquem, aliud rursus mandatum ab eo impleri ad quem defertur? Occumenius ad Roman. 1. c. 10. n. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 5510. 5511. 5512. 5513. 5514. 5515. 5516. 5517. 5518. 5519. 5520. 5521. 5522. 5523. 5524. 5525. 5526. 5527. 5528. 5529. 5530. 5531. 5532. 5533. 5534. 5535. 5536. 5537. 5538. 5539. 55310. 55311. 55312. 55313. 55314. 55315. 55316. 55317. 55318. 55319. 55320. 55321. 55322. 55323. 55324. 55325. 55326. 55327. 55328. 55329. 55330. 55331. 55332. 55333. 55334. 55335. 55336. 55337. 55338. 55339. 553310. 553311. 553312. 553313. 553314. 553315. 553316. 553317. 553318. 553319. 553320. 553321. 553322. 553323. 553324. 553325. 553326. 553327. 553328. 553329. 553330. 553331. 553332. 553333. 553334. 553335. 553336. 553337. 553338. 553339. 5533310. 5533311. 5533312. 5533313. 5533314. 5533315. 5533316. 5533317. 5533318. 5533319. 5533320. 5533321. 5533322. 5533323. 5533324. 5533325. 5533326. 5533327. 5533328. 5533329. 5533330. 5533331. 5533332. 5533333. 5533334. 5533335. 5533336. 5533337. 5533338. 5533339. 55333310. 55333311. 55333312. 55333313. 55333314. 55333315. 55333316. 55333317. 55333318. 55333319. 55333320. 55333321. 55333322. 55333323. 55333324. 55333325. 55333326. 55333327. 55333328. 55333329. 55333330. 55333331. 55333332. 55333333. 55333334. 55333335. 55333336. 55333337. 55333338. 55333339. 553333310. 553333311. 553333312. 553333313. 553333314. 553333315. 553333316. 553333317. 553333318. 553333319. 553333320. 553333321. 553333322. 553333323. 553333324. 553333325. 553333326. 553333327. 553333328. 553333329. 553333330. 553333331. 553333332. 553333333. 553333334. 553333335. 553333336. 553333337. 553333338. 553333339. 5533333310. 5533333311. 5533333312. 5533333313. 5533333314. 5533333315. 5533333316. 5533333317. 5533333318. 5533333319. 5533333320. 5533333321. 5533333322. 5533333323. 5533333324. 5533333325. 5533333326. 5533333327. 5533333328. 5533333329. 5533333330. 5533333331. 5533333332. 5533333333. 5533333334. 5533333335. 5533333336. 5533333337. 5533333338. 5533333339. 55333333310. 55333333311. 55333333312. 55333333313. 553333

XV. Non nocet etiam posterius absurdum. Nam cur non sit onus leue, cuius pars, & quidem maxima, leuata sit? Cur non sit iugum suave, in quo tantum est amoris diuini argumentum, imo pignus? Durius, grauitasque legis, ut dicebamus in obseruantia est, & pennis. Vt raque illa oneris parte premitur, qui sub lege sunt, non in Christo. At qui in Christo, altera leuantur, id est, pennis. Et non erit contra sensum communem, negare hoc iugum factum esse suauius, hoc onus leuius?

XVI. Illud autem Bellarmini, mandata Dei paruo negotio custodiri, negamus, aut à Christo, aut à Joanne. Nón enim si remittantur peccata, ideo facilis est obseratio, et si reuera iugum sit suau, & onus leue, propter eam remissionem.

C A P. III.

## *De Charitate implente mandata.*

**I.** Secundum argumentum apud Bellarminum, Lindanum, De Valentia,  
est à charitate. Quicumque diligit, implet mandata. At omnes Christiani  
dilicunt. Ergo omnes Christiani implet mandata.

II. Probant maiorem Joannis 14. *Qui diligit me, sermonem meum servabit.* Ad Roman. 13. *Qui diligit proximum, legem impletus.* Ad Galat. 5. *Omnis lex in uno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Nunc aslumptionem confirmant: Debemus, & possumus diligere Deum, & proximum, alioqui non possumus esse Christi discipuli. Joann. 13. *In hoc cognoscens omnes, quod discipuli mei es sis, si dilectionem habeatis adinuicem.* Nec possemus unquam amici Christi fieri, si non possemus diligere. Joan. 15. *Vos amici mei eritis, si feceritis quae ego praecepio vobis.* Hoc est preceptum meum, ut diligatis in-

III. Respondeo: Dilectionem, ut reliquias omnes virtutes, esse, vel perfectam, vel imperfectam. Si imperfectam intelligas, concedo minorem, sed aegro maiorem. Nam, quia hoc ipsum unum mandatum est, ut habeamus charitatem, tum erga Deum, tum erga proximum, & non impletum mandatum, qui imperfectam habet charitatem: Ergo, et si de reliquis partibus iustitiae nihil dicerem, tamen hoc ipso non impleretur lex, quod imperfecta caritas esset. Augustinus de Perfecta iustitia ad ratiocinat. 15. Peccatum est, cum vel non est caritas quae esse debet, vel minor est quam debet. Adde nunc, quo imperfectior caritas est, hoc frequentiores esse lapsus in reliquis iustitiae partibus, & plena erit conclusio, longe abesse ab impletione legis cum, in quo est caritas imperfecta.

**I. V.** Nec contra quicquam probatur. Nam concedo, qui diligit Christum, sermonem eius seruare. Quis enim contradicat? Sed nimurum, qui perfecte diligit, perfecte seruat, & contra. Itaque, quæ ex Paulo proferuntur, debent intelligi de hac perfecta charitate, nimurum, quam lex præscribit, & reuinendum illud Augustini: Imperfectam charitatem esse imperfectam iustiam, perfectam charitatem esse perfectam iustitiam.

V. Jam vero, si perfectam intelligas charitatem, conceditur maior, sed ne-  
gatur minor. Non est enim verum, vilium dari fidelem, in quo perfecta sit cha-  
ritas, dum peregrinatur a Domino. Augustinus de Perfect. iustitiae ad ratiocri-  
nat. 17. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus, id est, quotquot perfecte currimus,  
hoc sapiamus, quod non dum perfecti sumus, ut illic perficiamur, quo perfecte ad-  
ducemus currimus, ut cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruatur,  
id est, non iam ex parte sit, sed ex toto, quia fidei & spei iam res ipsa, non qua cre-  
datur, & speretur, sed qua videatur, teneaturque, succederet. Charitas autem,  
qua in his tribus maior est, non auferatur, sed augeatur. & impleatur, contem-  
plata quod credebat, & quod sperabat indepta. In qua plenitudine charitatis pre-  
ceptum illud, implebitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex  
tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc aliquid carnalis con-  
cupiscentia, quod vel continendo frenetur, non omnino ex tota anima diligitur  
Deus. Non enim caro sine anima concupiscit, quamuis caro concupiscere dicatur,  
quia carnalis anima concupiscit. Tunc erit iustus sine villo omnino peccato,  
quia nulla lex erit in membris eiusa repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto cor-  
de, tota anima, tota mente diligit Deum, quod est primum, summumque pre-  
ceptum.

**V. I.** Neque vero contrarium probatur. Fateor non posse esse discipulos & amicos Christi, si non amemus: Sed nego, hunc amorem intelligendum perfectum. Amant ergo omnes discipuli, omnes amici Christi, sed aliter in via cum currunt ad patriam, aliter in ipsa patria, cum peruererunt quo tendebant. Nec, quia aliter, & aliter amant, ideo non sunt utriusque discipuli, amici Christi, sed ideo amici, ideo discipuli, quia amant.

VII. Instat Bellarminus, & concedens , dilectionem imperfectam esse, negat tamen non esse tam perfectam, ut sufficiat praecepto implendo. Argumenta habet duo. Vnum, quia non possumus esse Christi discipuli, & amici, nisi hoc praeceptum dilectionis impleremus , sit autem absurdum , neminem esse posse Christi discipulum, vel amicum. Alterum , quia qui dilectionem praecepit, nihil requirit, nisi ut diligamus ex toto corde. At hoc non solum posse fieri, sed etiam futurum in statu Novi Testamenti testetur Scriptura. Deuter. 30. Circumcidet Dominus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum in toto corde tuo, & in tota anima tua. Ino, & factum testetur, cum eorum meministri qui perfecte fuerunt.

VIII. Respondeo: Falso sumi charitatem, quæ in hac vita est imperfecta, sufficere præcepto impledo. Alioquin, quo iure Augustinus eam impletio-  
nem differet in futuram vitam? Diserte, *In qua plenitudine charitatis, præce-  
pium illud, implebitur.* Ridiculum enim, si etiam in hac impletur imperfec-  
tione. Disertius, *Cum est aliquid carnalis concupiscentia, non omnimodo ex tota a-  
nimæ diligitor Deus.* Disertissime, *Tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quia  
prosunt toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum.* Enimvero, si diligere  
proximum toto corde, sit impletio mandati, &c qui ita diligit, eam ob causam  
sit sine peccato, profecto alterutrum est necesse, aut hic esse aliquos sine pec-  
cato, quod perpetuo negat Augustinus, negat etiam Scriptura, aut neminem  
hic diligere toto corde, ideoque ne implere quidem præceptum. Quod est  
verius.

**IX.** Argumenta nihil efficiunt: Non possumus, inquit, esse discipuli, & amici Christi, nisi impleamus hoc præceptum. Negamus, inquam. Antea dixerat, debere nos diligere, alioquin non esse discipulos; & nos concedemus.

bamus. At nunc, cum non diligere dixit, & implere mandatum, prorsus alia ratio est, itaque necessario negandum, quod ponitur tam audacter. Et negandum eam ipsum ob causam, quam ipse pro argumēto profet. Nimis, quia sit absurdum, neminem posse esse discipulum, vel amicum. Quia enim certum, non impleri id p̄ceptum, quam diu absimus à patria. Ergo necessario verum est posse aliquos esse discipulos, esse amicos Dei, qui tamen non impleant id mandatum.

X. Non iuberis nisi ut diligamus totum corde, est quidem verum, sed vere non mollius Bellarminus accipiat. Augustinus distinguit, diligere tota anima, & diligere omnimodo tota anima, & negat omnimodo ex tota anima diligere, cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentia. Docet etiam tum diligendum, cum erit plena caritas, & cum fieri quod praecipitur. Unde perspicuum ex mente Augustini, praecerto hoc imperari, non tantum ut ex tota anima, sed etiam ut omnimodo ex tota anima diligamus Deum. Et vero non est de nihil, quod tam curioso phrases sint globatae. Deuter.6. Ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua. Matth.22. Ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota cogitatione tua. Luc.10. Ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis, ex tota cogitatione tua. Haec siquidem nihil reliqui faciunt. Augustinus de Doctrina Christiana lib.1.cap.22. Hec regula dilectionis diuinitus constituta est. Diliges, inquit, proximum tuum sicut te ipsum: Deum vero ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas, a quo habes ea ipsa, que confers. Cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitam nostrae partem reliquis, que vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re vellet frui, sed quicquid aliud diligendum venerit in annum, illuc rapietur, quo totius dilectionis impetus currit. Victor Antioch. in Marc.12. Facit hoc autem (id est varias illas phrases colligit) quo hominem tanto Dei amore flagrare debere commoneat, ut nihil prorsus in ullam omnino anima facultatem irrepereris, quod suam erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut alio transferat. Quanquam hac de re erunt nobis paulo post plura dicenda. Sed interim, ut mihi aliquem ostendito, qui sic dilexit. Imo non posse ostendi fateantur operet, qui concedunt, non carere hanc vitam concupiscentia.

XI. Sed prædictus Deus futurum, inquit Bellarminus. Ita sane, inquam, & non prædictus frustra. Nam id reuera fieri incipit per imperfectionem illam, quam diximus, charitatem, quæ sine dubio perficienda est, sed interea à Deo proprio, habetur pro perfecta, quia & inchoata est, & sine dubio perficienda. Quæ ratio efficit etiam, ut nonnulli dicantur perfecti, quanquam de his statim amplius dicendum.

## C A P. IV.

*Vtrum fuerint qui impleuerint legem.*

I. **T**ertiū argumentum , apud Bellarminum , Lindanum , Salmeronem , de Valentia: Si fuerint multi , qui implerint mandata : Ergo lex est faciliis. Probatur antecedens , ex multis Scripturæ testimonis , quæ docent aliquos tales fuisse , quos ego distribuam in classes .

II. Nam negari à nobis antecedens, non oportet admonere, eo saltem sensu, vnde hæc nostra nata controuersia est, quemque indicat Gregorius de Valentia, cum *In multis*, inquit, *Scriptura locis aliqui viri insiti ita laudantur, ut plane appareat ipsos nihil admisisse, quod damnatione aeterna dignum esset, quandiu in gratia Dei persisterunt.* Quod sane nos ferre non possumus, et si concedamus nihil egisse vnde damnati fuerint. Nimirum, quia aliud sit de personis iudicare, aliud de peccatis ipsi pronunciare. Personas gratia acceptas, remissio peccatorum facit iustas, sed peccata ipsa, tum remissione purgantur, tum sanctificatione paulatim abolentur. Iraque, ensi personas amet Deus, tamen in iis odit peccata. Ideoque etiæ personæ seruantur, tamen peccata damnacionem merentur.

III. Prima Classis eorum esto locorum , qui docent fuisse quosdam iustos . Genef.6. Noe iustus appellatur : Luc.1. Zacharias & Elizabetha, iusti coram Deo.

I. Facilis solutio ex Augustino, qui de Perfectione iustitiae docet, Posse dicit hominem iustum, qui perfectioni iustitiae plurimum accessit, ut ei proximus fieret. Et disertus de peccatorum Meritis, & Remissione, libr.2. cap.13. Sunt ergo in terra iusti, sunt magni fortis, prudentes, continentes, patientes, pi, misericordes, temporalia mala omnia propter iustitiam aquo animo tolerantes. Sed si verum est, imo, quia verum est, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, &. Non iustificabitur in confectu tuo omnis viuens, non sunt sine peccato, nec quisquam eorum tam arroganter insanit, ut non sibi pro suis qualibuscumque peccatis Dominica oratione opus esse arbitretur. Et post, cap.16. Huic (Paulum dicit) tanto viro persicendo necessarium fuit, ut ab illo Angelus Sarahus non auferretur, à quo propterea colaphizabatur, ne magnitudine reuelationum extolleretur, & audet quisquam quemquam, vel putare, vel dicere positum sub onere huius vita ab omni omnino mundum esse peccatio, sint licet homines tanta excellentes iustitia, ut ad eos de columna nubis loquatur Deus?

V. Quid clarius? Nemo in hac vita positus, quantumcumque iustus, aut cogitandus, aut dicendus omni peccato carere. At quicquid legem implet, caret omni peccato, nisi forte adeo insaniat quis, ut neget per legem omne peccatum prohiberi. Ergo, inquam, nemo iustus in hac vita legem implet, que nostra est thesis, ac proinde falsa aduersariorum antithesis, omnem iustum implere legem.

VI. Secunda classis, docet esse aliquos non tantum iustos: sed etiam incedentes in omnibus mandatis, facientes omnia, non declinantes. A Etorum cap. 13. Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui omnes voluntates meas faciet. Primi Reg. 15. Et quod fecisset David rectum in oculis Domini, & non declinasset ab omnibus, quae præceperat ei cunctis diebus vita sua, excepto vermone Vria. Iosue 11. Sicut præceperat Dominus Mosi seruo suo, ita præcepit Moses Iosue, & ille uniuersa complevit, non praterius de uniuersi mandatis, ne unum quidem verbum, quod iusserrat Dominus Mosi. Luc. 1. De Zacharia & Elizabeth. Erant iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificati- bus Domini.

VII. Respondeo iterum ex Augustino de perfectione Justitiae, *Idem quod*  
*icit (videlicet Job) vias eius custodiri, & non declinari a mandatis eius, neque*

discedam: qui locus obiiciebat à Pelagianis ad probandam perfectionem iustitiae in hac vita, ne sibi Papistæ videantur aut solis aut primis Sophistices palmam deberi, respondet ille, Custodit vias Dei, qui non sic exorbitat, ut eas relinquit, sed in eis currendo proficit. & si aliquando ut infirmus offendit aut titubat, proficit autem minuendo peccata, donec perueniat ubi sine peccato sit, non enim aliter potest eo modo perficere nisi custodiendo vias eius. Declinat autem à mandatis Domini, atque discedit Apostata, non ille, qui, etiam si habeat peccatum, configendi tamen cum eo perseverantiam non relinquunt, donec eo perueniat ubi nulla cum morte contentio remanebit. Idem 1. Rract. cap. 19. Merito queritur, utrum ista perfectio sic possit intelligi, ut tamen verum sit, neminem iam videntem voluntatis arbitrio hic vivere sine peccato. A quo enim usque ad unum apicem lex perfici potest, nisi à quo sunt vniuersa diuina mandata? Sed in iisdem mandatis est etiam quod iubemur dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, quam orationem usque ad finem seculi tota dicit Ecclesia. Omnia ergo mandata facta deputantur, quando quicquid non sit, ignoratur.

VIII. Vix opus commentario. Primum custodit omnia mandata, ergo perficit omnia. Negatur consequentia. Sufficit enim, si ita obseruemus, ut peccata minuamus, nō illa vtiq; quæ non habemus, sed quæ habemus: Ergo etiam tum obseruamus, cum non implemus. Rursus. Non quicunque non implet omnia mandata, discedit ab eis, sed qui apostata. Nā qui cōflictus cum peccatis, et si habeat peccata, & catenus deflectat, quatenus peccatum non potest esse nisi deflexio à iustitia legis, tamen dicitur non deflectere, quia non tradit se peccato, quomodo aliud est, titubare, & offendere, etiam interdum cadere, aliud ab ipsa via discedere. Tertio, quicunq; in hac vita implet mādata Dei, postulat remissionem peccatorum: Ergo ille necessario implieat contradictionem, qui ita concludit, Implet in hac vita omnia mandata, ergo est sine peccato, id est, non transgreditur legem. Vnde sequitur, dici obseruare omnia mandata, secundum quid, non vero absolute & simpliciter. Denique omnia perficere deputatur, cui quicquid non sit, ignoratur. Nihil potuit ad hanc rem dici magnificientius, potentius.

X. Illud tamen ex Iosue 11. viderit longius petitum, & alienius ab hac questione. Nos enim disputamus de perficienda lege moralis, in cuius transgressione propria est peccati ratio. At Iosue quod exhibetur testimonium, pro subiecto habet legem politicam, & ne hanc quidem totam, sed eius partem illam, quæ spectabat ius belli in hostes viētos, ut patet ex ipso contextu. Non est autem consequens, cum viuēsan legem implete, qui vnam eius partem absolvit.

X. Tertia Classis, obseruatam legem docet à quibusdam, sine querela, & macula, ἀμερικών, αμερικών. Luc. 1. Erant iusti ambo in conspectu Domini, incidentes in omnibus mandatis & constitutionibus Domini οὐαὶ τοι, sine querela. 1. ad Timoth. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, εἰπιλαπτόντος, inculpatum. Apocal. 14. Sine macula, ἀμερικών enim sunt ante thronum Dei.

XI. Respondeo ex Augustino de Perfect. iustitiae, ad hos similesque locos obiectos à Pelagianis, Ingressi sine macula non absurde ille dicitur, non qui iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionem irreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atque ipsa peccata venialia non negligens mundare eleemosynis. Iterum, Aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac vita vniigenito dictum est, aliud esse sine querela, quod de multis iustis etiam in hac vita dici potuit. Quoniam est quidam modus bona vita, de quo in ista humana conuersatione, iusta querela esse non possit. Quis enim iusta queritur de homine, qui nemini male vult, & quibus potest fideliter consulit, nec contra cuiusquam iniurias tenet libidinem vindicandi, ut veraciter dicat, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, & tamen ex ipso quod verum dicit, dimitte, sicut & nos dimittimus, sine peccato se non esse declaras. Iterum, Illi vero in Apocalypsi propriea tales dicti sunt, quod non sit inuentum in ore eorum mendacium, quia non dixerunt se non habere peccatum, quod si dicerent, se ipsos deciperent, & veritas in eis non esset. Porro, si veritas in eis non esset, inueniretur in ore eorum mendacium. Quod si propter inuidiam cum essent sine peccato, dicerent se non esse sine peccato, hoc ipsum esset mendacium, falsumque esset quod dictum est, non est inuentum in ore ipsorum mendacium. Ideo ergo sine macula sunt, quia sicut ipsi dimiserunt, sic illis Deo dimittente mundatis sunt.

XII. Et de ipsis illis Coniugibus, qui iam tertio occurrunt, eodem libr. de Perfect. iustitiae (nam & hos Celestinus obiiciebat) breuiter, Qui iusta ambo utique legerant inter ipsa mandata, quemadmodum sua peccata mundarent: nam Zacharias, quod de omni sacerdote ex hominibus accepto in Epistola ad Hebreos dicitur, etiam pro suis peccatis utique hostias offerebat. Sed plenius de Peccator. meritis & Remission. cap. 13. lib. 2. Nam de Zacharia & Elizabet, qui nobis saepe in huius questionis disputationibus obiiciuntur, quid dicamus, nisi quod euidenter Scriptura testatur, eminenti iustitia fuisse Zachariam in principibus sacerdotum ad offerenda Veteris Testamenti sacrificia? Legimus autem in Epistola, qua ad Hebreos inscribitur, solum Christum esse principem Sacerdotum, qui non haberet necessitatem, sicut illi qui sacerdotum principes dicebantur, sacrificium pro suis primum offerre peccatis quotidie, deinde pro populo. In hoc enim numero Zacharias, in hoc Phinees, in hoc ipse Aaron, à quo iste ordo exorsus est, fuit, & quicunque alij in illo sacerdotio laudabiliter iuste, vixerunt, qui tamen habebant necessitatem sacrificium primitus pro suis offerre peccatis, solum Christo existente, cuius venturi figura gerebant, qui hanc necessitatem sacerdos incontraminabilis, non haberet. Quid autem de Zacharia & Elizabet laudabile dictum est, quod non in eo comprehendatur, quod de se Apostolus, cum in Christum nondum credidisset, professus est? Dixit enim se secundum iustitiam, qua in lege est, fuisse sine querela, hoc & de illis ita legitur: Erant autem ambo iusta ante Deum, incidentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Quam ergo quicquid in eis erat iustitia, non erat ad homines simulatum, ideo dictum est ante Deum. Et paulo post, cum docuisset Paulum suam illam iustitiam habuisse pro detrimento, & stercorebus, Tantum ergo longe est, inquit, ut propter illas verba Zachariam & Elizabet sine ullo peccato credamus perfectam habuisse iustitiam, ut nec ipsum Apostolum ad eiusdem regulam summitem arbitremur fuisse perfectum.

XIII. Quarta Classis, cum dicuntur iusti & perfecti: Gen. 6. Noe iustus & perfectus. Et 17. Abrahamo mandatur, Ambul coram me, & ego perfectus.

XIV. Sed hanc perfectionem Augustinus iam pridem explicauerat de Peccatorum meritis & Remissione lib. 2. cap. 15. Cum dicitur quisque perfe-

Tom. III.

ctio, qua in re dicatur videndum est. Et post, Potest fieri, ut iam sit aliquis sapientia perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus & doctor potest perfectus esse iustitia cognitor, nondum perfectus effector, potest perfectus esse ut diligit inimicos, qui nondum est perfectus ut sufferat, & qui perfectus est in eo quod omnes homines diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenierit, queritur utrum iam sit in ipsa quoque dilectione perfectus, id est, virum quos diligit, tantum diligit, quantum illa incomparabilis regula veritatis diligendos esse prescrift. Cum ergo legitur in Scripturis cuiusque perfectio, qua in re dicatur non negligenter inveniendum est, quoniam non ideo quisque prorsus sine peccato esse intelligitur, quia in aliquare dicitur esse perfectus, quanquam & in hoc posuit ita dici, ut non quia iam non est quo proficit, sed quia ex maxima parte proficit, hoc nomine dignus habeatur. Non est igitur Augustino iudice, simpliciter perfectus, quicunque perfectus, sed aliquis & nō & qui & nō perfectus, non sine peccato. At nos addimus, qui non sine peccato, nemore gem implet. Non est ergo necesse omnes perfectos legem implere.

XV. Clasii quinta, cum toto corde dicuntur quidam obedisse Deo. Psalm. 119. In toto corde exquisiu te. Primi Reg. 4. Non fui sicut seruus meus David, qui custodiuīt mea data mea, & sequens est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspec. u meo. Et 23. Similis non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominum omni cor. esu, in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua. 2. Paralipom. 15. In tota virtute sua quiescerunt Dominum, & inueniuntur.

XVI. Responsum est iam ante ex Augustino, dupliciter dici ex toto corde, vel omnino, sive omni modo, vel secundum quid. Quorum illud futurum in cœlis est, istud vero in hac vita. De Perfectione iustitiae ad ratiocinat. 17. Tunc erit iustus sine ullo omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum, quod est primum summumque præceptum. Paulo ante, Nam cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentia, quod vel continendo frenetur, non omnimodo ex tota anima diligitur Deus.

XVII. Augustino consentit Hieronymus de Dauide loquens 3, contra Pelagianos, disputansque nullum fuisse sine peccato. Exempli gratia, inquit, uno tantum utram testimoniū: Inueni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas. David sanctum esse non dubium est, & tamen qui electus est, ut omnes Dei voluntates faceret, aliqua fecisse reprehenditur. Vnde possibile erat ei facere, qui ad hoc electus est, ut omnes Dei voluntates faceret. Nec Deus in culpa est, qui prædicta non fecit, neque enim dixit inuenisse se virum, qui cunctas in perpetuum sua iussionis faceret voluntates. Docet vterque, tum Augustinus, tum Hieronymus, non esse illas propositiones & nodus sic intelligendas, ut nulla admittatur exceptio. Ille igitur, ex tota quidem anima, sed non omnimodo, ille autem omnes quidem voluntates, sed non in perpetuum.

XVIII. Itaque omnino istas oportet, sicut præcedentes, de perfectione phrases intelligi, nimur non eo gradu, quem lex postulat, sed quem fert infirmitas ista, cum qua luſtandum est fidelibus, adeo ut tum intelligatur quis amare tota anima, cum quod ei ad hanc perfectionem voluntatis deest, condonatur per Dei misericordiam. Manifestum id in Dauide, qui, eti secutus dicitur Deum toto corde suo, tamen primi Regum decimo quinto, cum laudatur, quod non declinasset ab iis, quæ præcepit ei Dominus, statim additur, Excepto sermone Vria, id est, adulterio & homicidio. Cui exceptioni locus esse non potuit, si rigide illud intelligamus de toto corde. Ab eo autem facile iudicium de reliquis.

XIX. Bellarminus instat: Non posse his exemplis applicari solutionem hanc ab inchoatione, & non imputatione. Rationem addit: Nemo tam imperfecte obseruans mandatum ut mortaliter peccet, & dignus sit propter id odio & ira Dei, & suppicio sempiterno, potest dici absolute implere mandatum. At Scriptura dicit illos absolute seruasse, & toto corde seruasse.

X X. Respondeo, primo negari minorem. Nam & Augustinus contra docet, & res ipsa probat. Neque enim potest Dauid dici absolute mandatum seruasse, qui adulterium patravit & homicidium. Deinde negatur maior, dummodo illud absolute tollatur. Nam Dauid & peccauit, & peccauit mortaliter, & ob id dignus fuit odio, & ira, ut ipse fateretur Psalm. 51. Ne proicias me à facie tua. Et tamen is ipse dicitur sequutus Deum toto corde.

#### C A P . V.

Quomodo non peccet, qui natus ex Deo.

I. Quartum Argumentum apud Bellarminum sic formatur: Qui non peccat, non prævaricatur, sed implet legem. At nulli iustificati peccant. Ergo omnis qui vere iustificatus est, implet legem, nec fieri potest, ut iustificatus maneat, & legem non implet. Probat maiorem: Quia qui legem non implet, hoc ipso prævaricatur, & peccat.

II. Probat minorem altero syllogismo: Nemo natus ex Deo peccat. At omnes iustificati sunt ex Deo. Ergo nemo iustificatus peccat. Probat maiorem ex 1. Ioannis 3. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Probat minorem, variis locis. Joannis 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus sunt. Joan. 3. 1. Pet. 2. Jacob. 1. 1. Joan. 4. ad Rom. 8.

III. Ad eandem minoris probationem id refero, quod tamen Bellarminus maluit assignare præcedenti argumento, ex septimo ad Romanos, Quod nolo facio: si autem quod nolo facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Vbi aperte, inquit, demonstrat Paulus se non peccare, dum inuitus concupiscit, ac proinde seruare se legem, quæ, cum iuberet, non concupiscit, voluntati præcipit, ne velit concupiscere, non sensui, qui legis capax non est.

IV. Respondeo, non peccare varie dici, vel enim τὸ ιντον, de eo qui nullum omnino admittat peccatum, neque faciendo, neque loquendo, neque cogitando, vel de eo, qui eti admittat, tamen non consentiat ad nullo, imo

odenit.

oderit, & proinde non peccet ex professo. Augustinus expositione in Epistolam ad Galatas, *Aliud est non peccare, aliud non habere peccatum.* Nam in quo peccatum non regnat, non peccat, id est, qui non obedit desiderium eius. In quo autem non existunt omnino ista desideria, non solum non peccat, sed etiam non habet peccatum.

V. In priori ergo Syllogismo, sensu posteriore negatur maior. Nam, nemo in plenis legem, habet peccatum; quod probatur, quia si verum, eum, qui legem non implet, hoc ipso praeuaricari, & habere peccatum: ergo contra ex lege *res ipsas curas*, quicumque peccat, & praeuaricatur, eo ipso legem non implet. At omnes iustificati in hac vita habent peccatum, teste ipso Augustino, eodem illo loco, *In quo autem non existunt omnino ista desideria, non solum non peccat, sed etiam non habet peccatum.* Quod etiam *ex multis priuatis in ista vita possit effici, ex omnibus tamen parte non nisi in resurrectione carnis, atque commutatione sperandum est.* Teste etiam Apostolo Ioanne tam diserte, renunciantem eum mentiri, qui neget se habere peccatum. Ergo nemo iustificatus in hac vita implet legem.

VI. Nec valet confirmatio. Est quidem verum, qui non implet legem, hunc eo ipso praeuaricari, & peccare. Sed id intelligendum de his, qui priore sensu dicuntur non peccare, falsum autem de posteriori sensu, quia implicatur contradicatio.

VII. At vero, si non peccare dicatur priori sensu, conceditur quidem maior, sed negatur minor: eo ipso argumento, quo paulo ante negata est maior, nimis, quia quicunque negat se habere peccatum, mentitur, & haec perfecatio non sit speranda ante resurrectionem.

VIII. In confirmatione negatur maior. Qui autem locus ex Joanne profertur, torsit Interpretes, nullam aliam ob causam, nisi quia videtur, non posse intelligi, ut sonant verba, pro eo, qui nullum admittat omnino peccatum. Itaque varie varij limitarunt. Quod ante omnia est obseruandum aduersus Bellarminum, qui ita locum profert, quasi nulla opus esset interpretatione. Admittit enim Sophisma *Ex gratia non potest esse peccatum.* Secundo, illud etiam non negligendum, solos Pelagianos intellexisse, ut sonant, ut aduertamus Bellarminum obiicere nobis Scripturam, non ex sensu Catholicorum, sed ex opinione haeticorum. Et ut vafritiem agnoscas, Bellarminus ipse de Iustificat. lib. 3. cap. 15. hunc ipsum locum appellat omnium difficillimum, & eius varias interpretationes colligit, ac tandem non nisi cum restrictione admittit.

IX. Ad rem quod attinet. Augustinus 4. ad Bonifacium cap. 12. Ambrosij locum recitat, existimat Joannem agere de perfectione futura post hanc vitam: *Possunt, inquit, non de quoconque tempore videri dicta, sed defunctorum, quo erit noua terra, & nouum celum.* Nam de hoc seculo Scriptura quid dicit? Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum. Et fateor equidem videri Ambrosium recedere ab Apostoli mente. Sed id tamen obseruandum, huic viro persuasum fuisse, non posse in hac vita dari hominem non peccantem.

X. Augustinus ipse in hanc Epistolam tractat. 15. existimat, non de quoconque peccato dixisse Joannem, non peccat, sed de peccato contra charitatem: *Fortasse, inquit, secundum quoddam peccatum dixit, non peccat, non secundum omne peccatum;* ut, quod ait, *Qui natus est ex Deo, non peccat,* certum quoddam peccatum intelligas, quod non potest admittere homo, qui ex Deo natus est. *& tale peccatum est illud, ut si quisquam illud admiserit, confirmet certa, si quis autem hoc non admiserit, soluat extera.* Quod est hoc peccatum? Farcere contra mandatum. Quod est mandatum? Mandatum nouum do vobis, ut vos inuidem diligatis. Hoc mandatum Christi dilectione vocatur. Et hanc suam sententiam multis amplificat. Hic rursus audis Augustini hanc mentem esse, ut non putet omnem excludi praeuaricationem, sed tantum solui quæcumque alia peccata. Id est, hoc loco dici eum non peccare, qui diligit fratres, non quidem, quod nullo modo peccet, sed quod, cum in aliis peccant, in charitatem autem non peccant, reliqua soluantur, id est, remittantur peccata. Atqui aliud est longe, legem implere, siue non praeuaricari, aliud accipere peccatorum remissionem.

XI. Bellarminus hanc interpretationem probat tanquam optimam, & ea doceri existimat Sanctum Joannem loqui de peccatis lethalibus, non de venialibus. Et construit in hunc modum: Qui natus est ex Deo, non peccat, nec peccare potest lethaliter, dum perseverat filius Dei, quoniam semen Dei, id est, charitas, quæ omnibus peccatis lethalibus contraria est, in ipso manet.

XII. Sed primo imponit Augustino, importune inculcata illa distinctione Venialium & Mortalium peccatorum, cuius ne minimum quidem indicium est. Nam quod illud de charitate eo trahit, violentum est, quandoquidem Augustinus charitatem non indefinite nominat, sed eam, qua amamus alii alios. At Papistæ, cum opponunt charitatem peccato mortali, illam intelligunt, quæ est in Deum, à cuius amore separari dicunt eos, qui mortaliter peccant. Diserta Augustini verba, non illa tantum iam recitata, sed etiam ista, *Qui facit contra charitatem, & contra dilectionem fraternalm, non audeat gloriarī, & dicere natum se esse ex Deo, qui autem in dilectione fraternali constitutus est, certa sunt peccata, quæ non potest admittere: & hoc maxime ne oderit fratrem.*

XIII. Ceterum, non conuenit Bellarmino cum Salmero suggillante hanc ipsam Augustini interpretationem, quam ille optimam putat. Verba Salmeronis sunt disput. 22. in hanc Epistolam. Sed sane, non raro contingit, baptisatos, & predestinatos filios Dei, charitatem fraternalm violare, & postea per penitentiam ablui, & redintegrari. Quæ vera est obiectio, eti dilutius proposita, non enim tantum ante baptismum, sed etiam post, non rara sunt fidelium peccata aduersus ipsam charitatem fraternalm.

XIV. Quanquam illud etiam aduertendum, Joannem loqui de Justitia in genere, non specialiter de charitate, nisi postquam hanc absoluat thesin. Nam aliquoquin quis nescit gratiam Dei opponi omnibus peccatis? Quanquam ipsa Joannis verba sufficiunt, *Quisquis habet hanc spem, purificari.* Quisquis committit peccatum, etiam legem transgreditur. Scitis illum patet factum esse ut peccata nostra tolleret. Nemo vos seducat, qui exercet iustitiam, iustus est. Et nonnulla præterea, quæ longe patent latius, quam ut de sola fraterna charitate exponantur.

XV. Quid? quod addit Bellarminus à se, *Quamdiu perseverat Filius Dei?* quod certe apud Augustinum apparet nusquam, & vero importune obrudi-

tur, quasi adoptatio in filios Dei desultoria, singulis diebus sit, non sit, fiat, proque infecta habeatur. Et non sit potius verum, dona Dei esse *ad patrem utrumque.* Quanquam hoc alias. Sed aduerte mihi Sophistarum fidem in malam. Non peccat, primo restringunt ad mortalia. A se non ab Augustino. Esto ramen, sed sati illud est, ut concludant nunquam peccare mortaliter, natum ex Deo? Nam hoc necesse, si implet legem. Minimis vero, sed cum hac cautione: *Quamdiu manet filius Dei.* Hoc rursus à se, non ab Augustino. Adeo fibi indulgent. Nam nos, si vel dimidium nobis sumeremus eius audacia, non ferremus impune.

XVI. Sed esto. Non peccat mortaliter, peccat tantum venialiter. Ergo non implet legem Dei. Nam quodlibet peccatum oportet esse contralem Dei: aut omnino non esse peccatum. Ideo enim Paulus, seipsum filium Dei, manentem filium Dei, ac proinde, ex hypothesi Papistica, non peccantem si venialiter, dixit habere in se legem peccati, repugnantem legi mentis id est, Dei. Vnde necesse est non impleri legem Dei à filio Dei, si peccet, et si non peccet mortaliter.

XVII. Imo esto rursus tam ludicra adoptatio, ut qui heri fuit filius Dei, sit hodie filius Diaboli, cras iterum futurus Dei, & sic quoties Papistæ voluerint ista tam lepida, tam sancta, tam Christiana alternatione recreare immanes illos suos in Controversiis purgandis labores. Sed, erit ergo, inquam, non verum iustificatos implete legem Dei. Nam haec non in paucos dies iubet abstinere à peccato mortali, sed in perpetuum, ut necesse sit fateri Petrum (ut hunc exempli gratia nominem) non impleuisse legem, quæ vetabat eum negare magistrum, nec tantum quandiu esset filius Dei, sed omnino, sed absolute, sed nunquam. Si enim aliter, ergo nullum esset peccatum hominis apostata ultra momentum ipsum Apostolis.

XVIII. Verumtamen haec non satisfacit Augustini expositio. Ne illa quidem quorundam, quos idem indicat dicere, non peccat, id est, peccaron debet, & negat improbandos videri, de Natura & Gratia capite decimo quarto. Nam eri non abhorreat ab usu communis, ut cum negamus Dialecticum male argumentari, Grammaticum sollicitum facere, & similia, nec bene refutetur à Bellarmino, ea ratione, quia non tantum renatus ex Deo, sed ne illius quidem debeat peccare, quandoquidem certum plus teneri renatos, quam non renatos: Tamen videtur Joannes aliquid amplius significare, & vehementius.

XIX. Alia igitur est ab eodem Augustino explicatio, libr. 2. de Peccatorum meritis & Remissione. cap. 7. cuius summa, Natos ex Deo non peccare, quatenus ex Deo natos, *Non aduertunt* (inquit, & Pelagianos taxat hoc abutentes loco ferme ad ingenium Papisticum,) *eo quoque fieri filios Dei,* quo esse incipiunt in nonitate Spiritus, & renotari in interiorum hominem, secundum imaginem eius qui creavit eos. Non enim ex qua hora quisque baptisatur, omnis vetus infirmus eius absuntur, sed renovatio incipit à remissione omnium peccatorum, & in quantum quisque spiritualia sapit, qui iam sapit in tantum renovatur, cetera vero in spe facta sunt, donec etiam in re sint. Et post Profecto enim qui de die in diem adhuc renovatur, nondum totus est renovatus, & in quantum nondum est renovatus, in tantum adhuc in vetustate est, proinde ex hoc, quod adhuc in vetustate sunt, quamvis iam baptisati, ex hoc etiam adhuc sunt filii seculi. Ex hoc autem quod in nonitate sunt, hoc est, ex plena & perfecta remissione peccatorum, & quantumcunque illud est, quod spiritualiter sapient, eique congruo more agunt filii Dei sunt. Paulo post, *Profectus ergo in renovationem iustumque vitam per quod filii Dei sumus,* & per hoc peccare omnino non possumus, donec totum in hoc transmutetur etiam illud, per quod adhuc filii seculi sumus, per hoc enim & peccare adhuc possumus. Ita fit, ut quis natus est ex Deo, non peccet. Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Post, *Nunc ergo ei similes esse iam copimus primicias habentes Spiritus,* & adhuc dissimiles sumus, per reliquias vetustatis. Proinde, in quantum similes, in tantum regenerante Spiritu filii Dei, in quantum autem dissimiles, in tantum filii carnis & seculi. Ille ergo peccare non possumus, hinc vero, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus. Eudem interpretationi Bernardus accedit lib. de Natura & Dignitate amoris diuinæ cap. 6. *Dicit Apostolus: Ego, inquit, mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati, & rursum, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Itaque quisquis ille est, sicut dicit beatus Joannes, secundum hoc, quod natus est ex Deo, id est secundum hominis interioris rationem, in tantum non peccat, in quantum peccatum, quod corpus mortis foris operatur, odit potius quam approbat, semine spiritualis nativitatis, quo ex Deo natus est, eum interiorus conservante. Quod si interim aliquando incursum peccati leditur, & atteritur, radice tamen charitatis in aliud defixa, non perit.

XX. Hæc vero sententia, quid habet commune cum argumento Bellarmino? Nemo, inquit, natus ex Deo peccat, itaque non præuaricatur, sed implet legem. Intelligebat ergo non altero illo sensu, quem diximus, cum quis non delectatur peccato, quod perpetrat, sed priore, cum quis non perpetratur quidem. At hæc Augustini interpretatio negat maiorem, sicut & nos negavimus, quia qui natus ex Deo est, sit etiam natus ex seculo, & quatenus tantum natus ex Deo, non peccat: at quatenus ex seculo, peccat. Peccat igitur ille idem hac ratione, quamvis alia quadam ratione non peccet. Est-ne hoc legem implere? Est-ne hoc non præuaricari?

XXI. Caietanus interpretationem admiratur, *Hoc est, inquit, omnis, qui est membrum eius, qui manet in eo ut membrum in corpore, ut sic non peccat.* Est enim sermo formalis, significans, quod membrum Christi, quatenus membrum Christi, non peccat. Bellarminus vel omisit, vel confudit cum illa de peccatis lethalibus, oppositis charitati. Sed Salmero disparuit, & illam non probauit, vt notauimus. Videri ergo voluit hanc admittere, sed non potuit, nisi interpolatam illa ridicula alternatione, quam notauimus in Bellarmino: *Dicendum quarto loco* (inquit disputatione vigesima secunda in hanc Epistolam) *nobis est, verum sensum huius loci capiendum esse à formalis ratione loquendi.* Nam natus ex Deo, in quantum talis est, non peccat, & homo quod natus est in iustitia, & gratia adoptionis, ex qua est hæc nativitas ex Deo, non peccat. Similiter Emanuel Sa, *Peccatum non facit scilicet quatenus ex Deo natus est, seu quondam Dei semen, id est, gratia, in eo manet.*

XXII. Sed quid opus eratgitur varios respectus distinguere? Sufficiant enim varia tempora. Ut si dicam non credisse in CHRISTVM ante conuersionem Paulum, sed tantum post conuersionem, quid opus erit me dicere?

dicere, Paulum fuisse partim filium seculi, partim filium Dei: & qua seculi non credidisse, qua autem Dei, credidisse: *Quis non rideat quælo inepte blasphemantem?* Quid nonne apparet manifeste Augustinum eos duos respectus in homine uno eodemque considerare eodem tempore? *Nondum, inquit, totus est renouatus, & quantum nondum est renouatus, in tantum adhuc in vetustate est. Similes esse cœpimus, & adhuc dissimiles sumus.* Vnde etiam Salmero, quasi totus proponeretur in Augustin. Perpende, inquit, hominem in Christo renatum, etiam secundum mentem, in qua semper gratia & verbum Dei, & lex iustitia, & charitatem, non tanta perfectione pollere, ut non resident in eo aliquid vetustatis propter amorem carnis & sui ipsius. Ita ut in hominis parte superiori duplex affectus, & amor in sit secundum quem, et si sit filius Dei, ex parte tamen quoque sit filius seculi. *Nā illud semen, quod dicitur fermentum, non perfecte totum hominem fermentat, sed in eo adhuc vigeret aliqua affectio, ut sit unus & idem quasi duo homines.* Qui ergo peccat, aliis est, id est, ille idem, alio: tamen semine naturali concretus, sic circa sanguinem & aliis cogitur. Itane? Tam curiosus alium & alium, unum tamen eundem, & tamen alio & alio tempore? Quasi magnum quiddam sit & arenum, histrionom in eodem theatro diuersis actibus, vel etiam scenis Regem agere & seruum? Sed cur ergo non dicitur aliis & aliis, unus & idem ante baptismum? Tam enim iste ex filio seculi futurus est filius Dei per fidem, quam ille ex filio Dei, filius seculi per peccatum mortale.

**XIII.** Quamdiu, inquit, est in iustitia, & gratia. Imo Sā: Quamdiu Dei semen, id est, gratia in eo manet. Esto, o boni, discedit ergo ab eo gratia, discedit semen Dei. Quam vere dictum, id vobis cura esto. Sed quam congrue ad Bernardum, meum est obseruare, *Secundum hominis interiorum operationem in tantum non peccat, in quantum peccatum, quod corpus mortis operatur, odit potius quam approbat, semine spiritus nativitatis eum interiorius conservante.* Ita Bernardus. Quæso te, Salmero, quæso, Sā, quid illud est? Non peccat, quia odit peccatum, quod corpus operatur. Nimirum quod non peccat renatus, non dicitur antequam corpus operetur peccatum, sed tum, cum operatur. Sed unde odit? Conseruante eum interiorius semine. Quoniam, inquam semine? Illo-ne quod φ., δια την απειλην την ουδετερην δειλων? An eo quod manet potius? Diserte: Interior conseruante. At si auolauit, aut prorsus non conseruat, aut conseruat exterior. Ergo ad mentem Bernardi, que eadem mens est Augustini, tum facit peccatum, cum odit, tum odit, cum habet in se semen Dei. Ergo tum facit peccatum, cum habet semen Dei interiorius.

**XXIV.** Et est Augustini non incommoda, imo ne violenta quidem interpretatione, cui noster Caluinus acquieuit. Sed alia supereft, quam ego quidem existimo commodiorem & faciliorem, magisque pro simplicitate Scripturæ. Hanc Bernardus copulauit cum precedente, *Notanda via verborum: Non, inquit, peccatum facit, quod patitur potius quam facit, qui natus est ex Deo, & non potest peccare, perseverando scilicet in peccato, dum legi Dei cum mente seruit, etiam carnem festinat subigere, qua tentatione & peccato incurrente legi peccati videbatur seruire.* Item sermon. 1. de Septuagesima, *Inuenies ab eodem Ioanne scriptum, Omnis qui natus est ex Deo, non peccat. Sed generatio celestis conseruat illum. Non peccat, inquit, id est, non permanet in peccato, quia conseruat illum, viique ut perire non possit, ea que falli non potest, generatio celestis.* Hanc omnibus præterit Beza, & verit, *Quisquis natus est ex Deo, peccato non dat operam: hoc est, ita facit peccatum per infirmitatem carnis, ut tamē peccato non studeat, & vno verbo, prout loquutus est Paulus, non facit bonum, quod vult, facit malum, quod non vult, ac proinde non ipse facit, sed in eo peccatum inhabitans.*

**XXV.** Haec tenus ille Ioannis locus. Nunc alter ex ad Roman. Paulus demonstrat, inquit, se non peccare, dum iniuitus concupiscit. Sed hoc negatur. Nam cum peccatum sit in omittendo & commitendo, id est, peccat vere qui & omittit quod debet facere, & admittit quod non debet: Ergo sepe Paulus fatetur peccare, cum fatetur se, & non facere bonum quod velit, que omissionis est, & facere malum quod nolit, que commissio.

**XXVI.** Sed iniuitus concupiscit. Hoc quoque falsum. Nam quomodo iniuitus, si concupiscens? Est enim concupiscentia, ut diximus libro precedente, vel voluntas, vel voluntatis inclinatio. Imo voluntas, quia voluntatis inclinatio, cum non possit inclinari voluntas non à seipso. Sed lex voluntati præcipit. Ita sane, ideoque concupiscentia, que voluntas est. Nam qui concupiscentiam interpretantur, nihil aliud quam sensum carnis, digni sunt qui inter bestias numerentur. Itaque non dixit Paulus se legem feruare, sed legi consentire.

## C A P. VI.

De iustificatu Christi iustus est, & de accusatione legis.

**I.** Vintum argumentum Lindanus habet: *Quisquis iustus est, ut Christus iustus est, ille est perfecte iustus.* At regenerati sunt iusti, sicut Christus iustus est. Ergo & perfecte. Probat ex 3. cap. 1. Ioannis, atque adeo argumentum, quod ego redigi in pauca, dilata, *Qui facit iustitiam* ait Ioannes, *iustus est, sicut & ille iustus est.* Qui Dei igitur mandata custodiunt, non solum vere iusti sunt, sed etiam iusti sunt, sicut Christus iustus est. Quare si Christus Dominus iustitiam faciendo, vere iustus fuit, erunt & Christiani, celesti eius Spiritu adiuti, iustitiam faciendo vere iusti. Sicut potro Christus iustitiam faciendo, legemque præstanto, non solum vere, sed perfecte etiam iustus est, sic & Christiani, pīj, & vere & perfecte iusti sunt.

**II.** Respondeo, Justum esse, sicut Christus iustus est, dici vel secundum aequalitatem, vel secundum similitudinem, & analogiam. De aequalitate, negatur minor. Quia fieri non potest, ut cuiusquam hominis iustitia, sit aequalis Iustitiæ Christi. De analogia autem negatur maior. Quia, et si omnis aequalitas sit similitudo, tamen omnis similitudo non est aequalitas.

**III.** Solutio est ab Augustino tractat, quarto in hanc Epistolam: *Nunquid quando audiuitus, quod iusti sumus sicut & ille, aequales nos debemus putare Deo: Debetis nosque quid est sicut iam dudum dixit: Cœstificat semetipsum, finit ipse castum est.* Iam ergopatet. Aequalis est castitas nostra, castitatis Dei, & Iustitia nostra Iustitia Dei? Quis hoc dicat? Sed, sicut nos, semper ad aequalitatem dico soler. Post, iusti sumus sicut & ipse iustus est, sed ipse in ipsa incomparabili perpetuitate, nos iusti credendo in quem non videmus, ut aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit iustitia nostra, cum facti aequales Angelis fuerimus, nec tunc illi aquabitur. Diserte. Primo, sicut, non semper significat aequalitatem sed similitudinem. Secundo, iustitia nostra non potest esse aequalis Iustitiae Dei: Tertio, ne tunc quidem, cum perfecta erit. Ergo non tantum in incabest ab aequalitate Iustitiae Christi, ut ne diei possit perfecta eo modo, sed etiam à sua perfectione, que speratur futura, cum erimus aequales Angelis.

**IV.** Satisfecit Augustinus Guillaudo, satisfecit & Lotino. Quin ipsum Lindanum coegerit res ipsa non nihil simile annotare, veritum Sycopitanum, perfectionem eam esse intelligendam, non ea perfectionis gradu, quo Christus Dominus perfectissime iustus, omnibusque Iustitiae numeris absolutissimus est. Etsi enim, inquit, mandata Dei vore custodiunt, est tamen eis ad unum omnibus cum D. Iacobo agnoscendum, in multis offendimus omnes. Quo ipso anno prodidit causam suam? Quis enim perfecte iustum dicat, qui in multis offendat? Enimvero haec magnifica est confessio. Nam haec non iam simplex inæqualitas est: qualis in similitudine frequens, ut similis dicitur Cæsar tanto, tantula eius effigies, aut Alexandro tantulo, tantus Athos, si, quod pollicebatur quidam, Athos cœsus fuisset in eius imaginem. Sed est similitudo duxat secundum quid, qua & secundum quid dissimilitudinem admittit, ut solent à non perfectis pictoribus formari imaginēs, quæ etiæ non referant arbitrem pro Cæsare, ideoque habeant multa homini analoga, tamen in nonnullis peccant, puta si pætos oculos pingant, pro petulcis, si nasum simum, pro aquilino. Denique similitudo haec talis est, quam capite præcedenti expedit Augustinus 7. cap. 2. de Peccator. meritis & Remiss. Nunc ergo similes esse iam cœpimus primitus habentes Spiritus, & adhuc dissimiles sumus per reliquias vetustatis.

**V.** At hoc genus similitudinis necessario non tantum aequalitatem excludit, sed etiam perfectionem similitudinis. Potest enim in diversa quantitate, id est, inæqualitate, esse similitudo, ut eum Alexandrum Polycletus vel in animo sculpebat. Perfecta vero similitudo non potest dici in figlio, si quid sit aliter, quam in exemplari. Ut si Platoni humeros comprebellores pictor affinxisset, aut Aristotelei ceruicem rectam, non eo effigies esset similis, si tantæ dimensionis, quanta corpus ipsum, sed eo dissimilis, quod iis partibus discederet à viuo. Et tam stupidi nos existimabat Lindanus ingenij, ut qui in multis offendant, corum similitudinem à Christo discedere admittamus tantum secundum aequalitatem? Atqui, o bone, quid ei relinquas aequalitatem, quæ futura est in altera vita, cum aequales erimus Angelis? Nam tum certe non aequalitas erit.

**VI.** Quid mea autem, quod idem Lindanus, sibi veritus, addidit, *Hæc offenditas, non tam effractas, ut Deum offendant grauius, nec tam grandes, ut Leadan hostiliter:* Non erunt apud me, imo non debent esse apud quemquam tanti ponderis, quas ille vatre exceptiones addit, ut Leonum in morem, nec tum quidem videatur fugere, cum fugit, quanti, quas vi veritatis tortus, coacte confessiones edit, ut ne tum quidem cum pro mendacio pugnat videatur nouegere. Deinde, quis sanus in peccatoris arbitrio trutinam esse velit, quæ peccata sua examinet, quæ levia sint, quæ grauia, quæ amica, quæ ho-filia? Denique, quid tum, si non offendatur Deus grauius, dum offendatur? Si non lèdatur hostiliter, dum lèdatur. An enim prescripsit vñquam Iustitia, non peccare vñ modo, id est, perfecte iustum esse, qui Deum offendat, qui Deum lèdat, modo ne grauiter, modo ne hostiliter?

**VII.** Pergo ad 6. argumentum ex Bellarmino, quod ita distinguo in partes, & cogo in formam: *Quicunque legem non implent, eos lex accusat.* At Iustificati lex non accusat. Ergo hi legem implent. Probatur minor. Qui accusantur à lege, iij sunt sub lege. At iustificati non sunt sub lege. Ergo iustificati non accusantur à lege. Probatur assumptum: *Qui fructus edunt Spiritus, iij non sunt sub lege.* At iustificati fructus edunt Spiritus. Ergo non sunt sub lege. Probatur maior, ex 5. ad Galatas, *Fructus Spiritus est caritas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Aduersus eos qui sunt eiusmodi, non est lex.* Et paulo ante, *Quod si Spiritus ducimini, non estis sub lege.* Et ad Roman. 8. *Lex Spiritus vita liberavit me à lege peccati & mortis.* Probatur assumptum. Quicunque habent Spiritum, edunt fructus Spiritus: At Iustificati omnes habent Spiritum. Hoc probatur ad Rom. 5. & 8. 1. ad Corinth. 3. ad Gal. 3. ad Tit. 3.

**VIII.** Respondeo: A lege accusari quem dupliciter, vel ut damnetur accusatus, vel tantum ut suam sentiat corruptionem. Prior modo negatur in primo syllogismo maior. Quia disertus est Paulus contra. Ad Roman. 8. *Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat.* Negat intentari crimina, sed propter iustificationem. Rursus, *Nulla condemnatio est nisi qui sunt in Christo.* Qui tamen faciunt malum quod nolunt, nec sciant bonum quod volunt. Vnde quotidiane fidelium preces, *Dimitte nobis debita nostra, & propitiatus esto mihi peccatori.*

**IX.** Altero autem sensu negatur minor. Nam contra Paulus dicit, se peccatum non cognovisse nisi per legem. Et vero, quomodo lucentur cum peccato? quomodo Deum sibi precarentur proprie? Necesse est enim agnoscere sua peccata. Quomodo per legem, an per gratiam? Atqui gratia non accusat, sed condonat. Ergo per legem. Legem ergo necesse est accusare hædes, nimis quæcumque apud se.

**X.** Ad confirmationem respondeo, esse aliquem sub lege, vel ad obsequium, vel ad condemnationem. De condemnatione, negatur maior. Nam qui accusantur à lege apud se ipsos, ut se cognoscant peccatores, non propter ea sunt sub lege ad condemnationem. Sed de obsequio, negatur minor. Fideles enim vere sunt sub lege, haec tenus ut ei obsequiantur, diligenter obseruantur. Quomodo enim alioquin peccarent: nam vbi non est lex, ne transgresio quidem. Tum autem, non venit Christus solvere legem. Et fidelibus dicit Ioannes 1. 2. *Qui dicit, Noue eum, & mandata eius non serviat, mendax est, & in eo veritas non est.* Qui dicit se in eo habitare, debet sicut ille ambulauit, ita & ipse ambulare. Quanquam in re tam per se peripcia nullis opus est aut testibus, aut argumentis.

**XI.** Eadem distinctione satisfacit tertio syllogismo. Falsum est enim eos, qui fructus edunt Spiritus, non esse sub lege ad obediendum. Neque vero id probant loci a Bellarmino citati. Primus certe manifestus est: *Quid enim Paulus dixit? Aduersus eos qui sunt eiusmodi, non est lex.* Bene Justinianus, si quis hisce diuinis munitionib[us] prædicti sunt, nō ornati, legi minanti, ac sequenti insqua-

## DE IMPLETIONE LEGIS.

quam fibi sunt. Bene Salmero, *Sensus est, aduersus eos qui tales sunt, & qui hac, & huiusmodi bona operantur, non est lex accusans, aut damnans, qua contra ini-  
que faciat tantum datur.* Quam interpretationem habent à Caluino; qui, *Vbi  
vigeret, inquit, Spiritus, lex non habet amplius imperium, nam Dominus corda no-  
strae formando in suam iustitiam, liberat nos à legis rigore, ut non agat nobiscum  
ex eius patto, nec conscientias nostras sub reatu teneat. Lex interea officium suum  
facere non desinit, docendo, & exhortando, sed Spiritus adoptionis à subiectione  
liberat.*

XII. Et est hic sensus consonans Paulo, qui 8. ad Roman. Nulla, inquit, condenatio est illis, qui sunt in Christo Iesu, ut causam reddens: Nam, inquit, lex Spiritus vita, qui est in Christo Iesu, liberavit me à lege peccati & mortis. Nota, liberavit non à lege simpliciter, sed à lege peccati & mortis, hoc est, à lege quæ arguit nos peccati, adiudicabat mortis. Ex illo scilicet pronunciato, ad Gal. 3. *Quotquot ex operibus legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum est  
enim, execrabilis quisquis non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis,  
& faciat ea.* Optime igitur Paulus, ex liberatione a lege peccati & mortis, cō-  
cludit nullam superesse, non obligationem, sed condemnationem. Quod reci-  
dunt & loci alii, qui negant nos esse sub lege.

XIII. Nam qui ita interpretantur, ut dicant non esse fideles sub lege, quia ipsi sibi imperant, id est sua sponte faciunt, efficiunt, et si sunt magni no-  
minis viri, tamen non videntur scopum attingere, & abutu legis nomine, pro  
legis revelatione. Nec adiutant Christum ipsum, quo nemo magis sibi imp-  
perauit, factum tamen esse sub lege, itidem ut factum ex muliere. Videlicet,  
quiā, quocunque tandem modo doceamus ea quæ sunt legis, tamen ipsius  
legis manet autoritas in omnem rationalem creaturam, quæ eo ipso quod  
creatura est, non est summa, sed subdia suo creatori, ideoque voluntatem  
non habet ita sui iuris, ut ei sit pro ratione. Nec aliunde damnatio in omnes  
prævaricantes, siue illis lex per Mosem reuelata fuerit, siue non fuerit, ad Rom.  
2. *Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege quoque peribunt, & quicunque in lege  
peccauerunt, per legem damnabuntur.*

## C A P. VII.

## De effectis gratiae: de libertate hominis, &amp; de effectis Christi.

I. Optimun argumentum De Valentia struxit in hunc modum, ex illo te-  
stimonio Apostoli ad Roman. 7. *Ego autem mente seruio legi Dei.* Gratia  
diuina ita sanat mentem hominis, ut facultatem præbeat vitandi omnia pec-  
cata, quæ committuntur cum defectu notabilis rationis superioris. Sed hu-  
iusmodi sunt omnia peccata mortalia. Ergo gratia diuina sic mentem sanat,  
ut præbeat eam facultatem vitandi peccata omnia mortalia. Maior proba-  
tur: nam quod Apostolus dixit, significat, Secundum rationem superiorum  
ita sum constitutus, ut condelecter legi diuinæ, eamque adimplere possim ita  
ut peccata, quæ sine notabili vitio rationis committi nequeunt, cauere va-  
leam: quoniam ratio que per se condelectatur legi, nequaquam grauiter de-  
linquet. Minor autem probatur, quia cum peccata mortalia sint graues la-  
plas, necesse est ea esse plene libera, quod fieri non potest, nisi vis rationis su-  
perioris, in qua præcipue in libertate, valde se exserat, atq; adeo nisi notabi-  
liter exorbit, cum eiusmodi peccata committuntur.

II. Respondeo, notabilem defectum dici, qui notetur atq; animaduertatur vel ab hominibus, vel à Deo. Priori sensu posse forsan concedi maiorem. Nam ita Paulum dixisse nihil se sibi consciū esse, & exegisse, ut Episcopus fit *autem tuus, hec tuus.* Sed negari minorem. Est enim haud pauca mortalia, quæ est fugient hominum notam, non tantum quia nobis persua-  
sum, atq; etiam probatum omnia peccata esse mortalia, sed etiam, quia Paul-  
lo dictum, cui sibi non esset conscius, tamen non ideo esse iustificatum.

III. Altero autem cōcedi minorem, sed maiorem negari. Ratio in prom-  
prio, quia gratia detur in hac vita per gradus, nunquam perfecte, donec tan-  
dem rapiamur in patriam, ubi Deus erit omnia in omnibus. Itaque Paulus,  
quantumvis progressus, tamen gemebat, & optabat liberari ex isto corpore  
mortis, in quo sentiebat legem quandam repugnantem legi mentis. Ex qua  
imperfectione factum, ut David adulterium admiserit, & homicidium: Abra-  
ham sit mentitus: Petrus negaverit Christum: Noe sit ineptius. Quæ  
quidem atrocia sunt crimina, & ipsis etiam hominibus notabilia, sed ex qui-  
bus facilis aliorum conjectura sit. Nam, si ne ab illis quidem cauere profrus  
possunt etiam prouectissimi fideles, quanto minus à reliquis, quæ occultio-  
ra, Psal. 19. *Errores quis intelligat? ab occultis munda me.*

IV. Neque est quod excipiant, ut solent, tunc excidere à gratia, cum ita  
peccant: Nam, præterquam quod ridiculum est, ut dixi, hanc gratiam ita de-  
futori facere, ut in singula momenta aduolet, & auolet, manifesta erit præ-  
varicatio. Quæritur enim, utrum per gratiam possit homo in hac vita posi-  
tus, vitare omne mortale peccatum. Quid est, posse vitare? Annon in futurum  
sibi cauere? Si ergo veniente peccato mortali, fugiat gratia, hominem defe-  
rens obnoxium peccato, ergo hæc gratia non sufficit vires ad cauendum in  
futurum, ac proinde, neq; vitandum.

V. Ne dicant etiam, posse si velint. Nam, hoc ipsum velle, posse est. Quia  
peccatum, non tantum mortale, sed omne omnino peccatum voluntarium  
est, nec aliter peccatum, nisi quia voluntarium. Itaque, cum querimus, utrum  
quis vitare possit peccatum, hoc querimus, utrum quis possit nun-  
quam velle malum. Ac proinde necesse est, si gratia sufficiat vires idoneas ad  
cauendum peccatum, hanc eandem efficere, ut nunquam velit malum. Pro-  
inde, ridicula erit exceptio, si dicas, Sufficit vires, si velit, perinde ac si diceres,  
sufficit vires, si sufficit vires, efficit, ut nunquam velit, si efficit, ut nunquam velit.

VI. Sed maioris confirmatio, Deus bone, quam absurdum, quam indi-  
gna docto viro! Probatur, inquit, quia dixit Apostolus, *mente seruio legi Dei.*  
Hoc dictum video, sed attendo vim argumenti. Quænam illa est ergo? Hoc  
ipsum, inquit, voluit Apostolus. Quodnam hoc ipsum, inquit? Nimirum,  
ita constitutum Paulum, ut possit vitare omnia peccata mortalia. Specta-  
tum admissum? Tantamne esse huius hominis confidentiam, ut nudam petitio-  
nem principij obtrudat pro solida demonstratione! Tantum aliorum contem-  
pnum, ut speraret omnes Beatos futuros! At nos adeo temerariam peti-  
tionem principij, dignamque ferula, ridemus, & interpretationis audaciam  
abominamur.

VII. Enimvero quid hoc est mente seruio legi Dei, id est secundum ra-

tionem superiorum condelector legi diuinæ, eamque adimplere possum, ita  
ut peccata, quæ sine notabili vitio rationis peragi nequeunt, vitare valeam.  
Nihil video fani. Primum, *Mentem cur verti, rationem superiorum?* Cur non  
potius, rationem renouatam? Aut quis nescit, ipsam eam rationem superio-  
rem, quatenus est à natura, esse peccato corruptam, ideoq; in hoc argumen-  
to de seruanda lege, nō posse opponi soli sensualitat, quæ inferior est? Quod  
si est, tum omnino oportet, hanc mentem aliud quid inferre, præter rationem  
illam superiorum, id est, purgationem, ut sit mens purgata. Nam profecto  
mens absque purgatione, non seruit legi Dei. Et Paulus 1. ad Timoth. 6. no-  
minauit *πρώτης διεργασίας την, ἵνα ὁμοίως μέντοι κακός.*

VIII. Secundo, condelector legi diuinæ, cur dicitur, posse eam implere?  
Hoc nos nunquam concessi sumus. Ratio nobis certa. Quia adimpletiō le-  
gis nullum patitur voluntatis motum aduersarium. At, qui mente consenti-  
unt legi, non tamen nullum voluntatis motum patientur in oppositum.  
Imo Paulus contra asserit, cum dixit, eundem, qui mente seruit legi Dei, car-  
ne seruire legi peccati. Atqui, huic carni posita est hæc ipsa lex. Itaque non  
adimplebitur, nisi hæc ipsa caro eidem legi seruat. Positam esse carni, quis  
neget? Nisi forte qui neget quemquam infidelem obligari huic legi seruan-  
dæ. At, quomodo essent maledicti, qui non permanerent in omnibus scriptis  
in ea? Quod si carni ponitur lex, & tantum spiritu seruunt fideles, non carne.  
Ergo fideles non implent. Ac proinde, non idem est mente consentire, &  
adimplere, quod audacissime Sophista sumebat.

IX. Tertio: Adimplere possum, ita ut peccata, quæ sine notabili vitio ra-  
tionis committi nequeunt, vitare valeam. Atqui, unde est tam importuna li-  
mitatio? Cur non potius, ut omnia peccata vitare valeam? Enimvero Paulus  
non distinxit. Et Sophistam feremus, de suo quid liber intrudentem in Apo-  
stoli sensa? At, si adimpleri legem Apostolus intellexit, tum omnino debuit  
omnia peccata complecti, quia omne peccatum est aduersus legem. Tum  
autem, si leuiora vitaria nequeunt, quis speret se immunem fore a grauori-  
bus? Nisi forte supinam tu mihi voluntatem indices, quæ scipiam negligat.  
At hæc in Paulo nullum habere locum potest. Qui hæc ipsa peccata, quæ  
Papistæ leuia volunt esse, quæ se ipse dolebat admittere, eo ipso testatur odis-  
se mirum in modum, quum doleret admittere, eo usque, ut in clamatio-  
nes erumperet, & frequentissimas preces adhiberet. Quis autem credat, ab  
attento posse vitari omnia gratia, ab attento non posse tamen omnia le-  
via excuti? Itaque, non potuit magis dari peruersa interpretatio verborum  
Pauli.

X. Verum, inquit, peccata mortalia, oportet esse planelibera. Quid hoc  
rursus est, inquit. Si ab externa vi, concedo, sicut. Sed hoc ipsum communem o-  
mni peccato, quia omne peccatum voluntarium. Voluntatis autem libertas  
ista à vi externa, non recipit magis ac minus, quia omnino cogi non potest.  
An ergo ab interna omni necessitate? Hæc videtur Sophistæ mens esse, cum  
negat voluntatem plene esse liberam, nisi se vis rationis superioris valde ex-  
ferat. Sed hoc negatur. Sic enim, voluntas nō esset plene libera, cum est mens  
cæca, ac proinde in infidelibus nullum esset peccatum mortale, immo absolute,  
nullum unquam esset peccatum mortale. Nihil enim homines aggrediuntur,  
non prius persuasi specie aliquius boni, ideoque, si male agunt, de-  
cepti agunt, cum malum pro bono eligunt.

XI. Octauum argumentum eiusdem Gregorij: *Sed & Salmeronis.* Nam,  
Ecclæsiaſt. 15. aperte indicatur, esse in hominis potestate, adiuuante Deo, ser-  
uare mandata, cauendo ab iis peccatis, quæ afferunt mortem animæ, & pri-  
uant vita gratia. *Si volueris, inquit, mandata seruare, conseruabunt te.* Appo-  
suit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam. *Ante hominem,  
vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.*

XII. Sed enim nihil est difficile. Mitto non esse librum Canonicum. Illud  
certum, loqui de Adami statu ante peccatum, ipso id agnoscente Salmerone.  
Quo in statu, concedimus potuisse Adamum implere legem, quamvis nō ob-  
cam tantum causam, quam ponit Salmero, quod adiuuaret à gratia, sed  
quod ea gratia tum maior esset, quam in vlo deinceps fuerit, tum absq; vlo  
obstaculo ad est, peccato. Neque enim Adamus venundatus erat sub pecca-  
tum, ut quæ nollet faceret. At nos de homine agimus post peccatum, qui ha-  
buit à Deo quidem gratiam, sed ad mensuram, ac propertia habeat etiam in-  
habitans peccatum. Itaq; ab illo ad istum, nulla est legitima consequentia.

XIII. Scio velle Jansemium, non posse dici, hæc tantum pertinere ad ho-  
minem in sua integritate, in qua fuit conditus, constitutum. Sed non omnib.  
idem videtur. Primo, verba autoris diserta sunt, *Deus ab initio constituit ho-  
minem, & reliquit eum in manu consilij sui, adiecit mandata, & quæ sequuntur,* continuatio & spiritu, & sensu. Secundo non potest vera esse deinceps sen-  
tentia, quia certum, non posse omnes homines vtrumque eligere, quia pecca-  
tores ex se feruntur tantum in malum.

XIV. Præterea, ut demus nunc extendi vltra Adamum in omnes homines,  
tamen nullum inde argumentum est ad præsentem controversiam, nisi  
cadem opera velimus concedere, non tantum fideles, & regenitos, de quib.  
disputatur, sed etiam quoslibet homines posse vitare omnia peccata, vel sal-  
tem omnia mortalia, quod ipsi Sophistæ concedunt esse falsum.

XV. Nonum argumentum Bellarmini est, *Christus passus est, ut iustifi-  
catione legis impletetur in nobis, ad Roman. 8.* Item docuit nos orare: *Fiat vo-  
luntas tua, sicut in celo & in terra: Matth. 6. factus est omnibus obedientibus si-  
bi causa salutis æternæ, ad Hebr. 5.* At si lex impleri non potest, Christus non  
obtinuit quod voluit, frustra nos oramus quotidie, & non omnino saluare  
poterit. Probatur consequentia. Quia si lex impleri non potest, iustificatio le-  
gis nunquam impletur in nobis, nec sit unquam Dei voluntas in terra, sicut  
in celo, nec unquam vere obedimus Christo, ac per hoc nulli nostrum ille  
causa est salutis æternæ.

XVI. Respondeo, legem impleri non posse, iam in constituendo statu,  
docuimus quo sensu dicamus, non absolute, sed *καὶ τοῦτο, id est, ab homine,*  
qualis est in hac vita. Ita nego consequentiam, & dico, Christum obtinuisse  
quod voluit, nec frustra nos orare docuisse, & causam esse salutis obedien-  
tibus sibi.

XVII. Nam cum nō obtinuerit, quæso, quod voluit? Nempe, inquit, quia  
si lex impleri non possit, non impletur iustificatio legis in nobis. Nego con-  
sequentiam, inquit. Ius enim legis *δικαιοσύνη.* Paulus nō intelligit vlam ex-  
actam obedientiam à nobis in hac vita præstandam legi. Ratio certa, quia  
omnino sequeretur non obtinuisse Christum, quod voluit, cum nemo im-  
pletat

pleat eo modo legem, qui aliquando peccet. Peccant autem omnes, etiam sanctissimi: quod est extra controueriam. Quare, si iustificationem legis ita intelligas, ut a nobis praestanda sit, omnino fieri non poterit; ut non frusta Christus passus sit. Nam ne illud quidem proderit, si dicas, non peccare, dum quis in gratia est. Iustificatio enim non impletur, quum ad tempus duntaxat non peccatur, ut ante dixi.

XVII. Quomodo ergo verba Pauli intelligenda? Sunt qui ita; ut frustum mortis Christi dicant, ipsam nostram obedientiam, quam legi debeamus praestare. Ethuc omnes propendunt, quos viderim, Papista: nimurum, quia lex docebat quidem iustitiam, sed non dabant vires ad eam praestandam: & grana hoc efficit: dat, inquam, vires. Sed profecto si intelligas eas vires, quae dantur in hac vita, nullo modo constare poterit vis verbi *πνευματική*, quo non sine causa Paulus vsus est. Sin autem non substantiat in hac vita, sed ulterius progressi, sperent id quod in hac vita inchoatum est, in altera perficiendum: non valde pugnari. Nam certè hæc est omnia spes fidelium.

XIX. Sed nostris tamen magis placet *πάντας τούτης τῆς θρησκείας* intelligi ius legis, duobus comprehensum capitibus: uno peccatis decernente aduerius peccatores, altero etiam sic plenam obedientiam exigente: nec aliter quenquam absoluente. Quorum neutrum nos in hac earne peccati poteramus praestare. Itaque nihil erat certius aeterna damnatione. Sed prouidit Deus: & dedit Mediatorem, a quo vtrumque impletum est, & quidem pro nobis: nam & peccatis dedit violatae legis, & legem tamen plene impleuit. Vtrumque illud, cum sit pro nobis; non habet amplius quod a nobis requirat. Itaque iam pro certo, nulla damnatio est iis qui sunt in Christo.

XX. Sic videri sensisse Theodoretum, *Nostrum enim, inquit, debitum exsoluit, & legis scopum perficit. Quis autem erat is? Ut eos infios ostenderet qui legem suscepserant.* Sic Ambrosum, sicut quicunque alias est autor, Ideo datum dicit peccatum, ut impletetur in nobis iustificatio legis date à Moysi. Sublati enim de conditione legis, facti sumus amici eiusdem. Iustificati enim amici legis sunt. Quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum, ut sublati peccatis, iustificatus appareat, mente seruens legi Dei. Paulo post, *Si damnatum est peccatum, quomodo inest?* Damnatum est, & à Salvatore triplice genere damnatum. Primo enim in loco, damnavit peccatum, dum non peccauit dissentiens à peccato. Deinde in cruce peccatum, quia peccauit, damnatum dicitur: unde sublata est illi autoritas, quasi peccati, qua detinebat homines in inferno propter delictum Adæ: ut de cetero in quibus lignum crucis est, detinere non audeat. Tertio damnavit peccatum, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. Cum enim peccator, causa admisit peccati, damnatus esset, ignorans autem ei damnavit in eo peccatum. Sic Oecumeni, ταῦτα ἀπὸ Χριστοῦ ἡ πατέρας τὸ σκοπός τῆς θρησκείας τὸν γάρ τὸν εὐηγέρτεον τὸν δὲ σκοπὸν τὸν μὲν τὸν νομὸν τὸν δὲ τὸν καθηγητὴν τὴν αρχὴν. Hac fecit Christus, ut finis legis (id enim est τὸ δικαίωμα) impletetur in nobis. Quis autem finis legis, Ne siamus obnoxii maledictioni.

XXI. Tam cur oremus siustra? Quia voluntas Dei nunquam fit in terra. Esto hoc, inquam. Nam & nos fatemur nunquam futurum, ut sic Dei voluntas fiat in terra, ubi semper multum est peccatum, cum precipiè in infidelibus, tum etiam in renatis: quomodo fit in cælis, ubi nullum omnino peccatum, aut in Angelis, aut in beatis animabus. Sed frustra nos orare tamen, non est æquum concedi. Quasi vero frustra semper oret, qui non videret impletas suas preces. Frustra ergo orat Paulus, a quo non est ablatus ὁ σκόλωψ. Frustra precatur Ecclesia pro conuertione gentium. Frustra orant, qui postulant ne inducantur in tentationem: cum non tantum nunquam defint tentationes, sed etiam non fiat, ut nunquam ijs consentiant, etiam sanctificatissimi.

XXII. Sed, cur non poterit Christus nos omnino saluare? Cur nulli erit causa salutis aeternæ? An quia nemo saluetur, nisi qui in hac vita perfecte impletuerit legem? Monstrum Theologiae. Nisi forte nulla fit remissio peccatorum. Nam, hæc si qua est, sperabunt fideles, sibi peccatoribus propitium futurum Deum. Quia nulla condemnatio est ijs, qui sunt in Christo.

## C A P. VIII.

## Rationes Papistarum extra Scripturam.

I. Præter hæc argumenta è Scripturis, habent alias Papistæ rationes. Prima Bellarmini hæc esto. Potest homo facere plus quam Deus præcipiat. Ergo, & multo magis implere præceptum. Probat antecedens. Quia cum dixisset Christus Matth. 19. *Si vis ingredi ad vitam, serua mandata: & Pharisæus respondisset, hæc omni seruanti à iuuentute mea: subiecit ille, Si vis perficere esse, vende omnia quæ habes.* Probat rursus ex Chrysostom. hom. 8. de Penitentia: *Muli & ipsa superant mandata.* Ex Augustino serm. 18. de Verbis Apostoli, *Non grande onus impositum est viribus, maior amor imposuit maius onus: tanquam dicentes, quid ibes: ne adulteras simus? amando te plus faciemus quam præcipis.*

II. Hoc vero fundamentum est operum supererogatorum. Nunc dico, Plus illud intelligi posse, vel simpliciter aliquid quod non fit præceptum: vel post impletura præcepta aliquid insuper boni. Hoc posito, respondeo primum, non valere consequētiā in priore sensu. Non est enim necesse, id factum esse quod mandatum est; etiam si alia quæ mandata non sunt, fuerint facta. Exempli gratia: cum iussus est ille à patre ire in vineam, nec iuit, potuit aliud aliquid domestici operis domi peragere. Imo Adam eti non impletuit mandatum sibi datum; tamen assuit sibi folia siculnea, quod non erat mandatum. Denique ipsi illi hominum superbissimi monachi, qui sperant Deum futurum in suo ære, profitentur tamen se suum institutum ingredi, ut satisfacient pro peccatis suis. Etsi ergo concedam, eos implere regulam suam: tamen non concedam impluisse legem Dei.

III. In altero sensu, negatur antecedens. Primum enim manifesta est petitio principij: quia supponitur posse impleri legem: quod tamen euincendum fuit. Deinde nullum bonum est morale, ultra id bonum, quod mandatur in lege. Imo quæ non continentur in lege, ea per se nec bona sunt, nec mala, sed *ἀδιάφορα:* & si quando fiunt bona, non fiunt, nisi per ea quæ mandatur in lege: ut ieunare, per se non est morale bonum, sed bonum est, cum fit propter amorem Dei, & odium peccati: quod vtrumque mandatur à lege. Inde Paulus 1. ad Corinth. 13. *Si in humana alendis egenis orennes facultates meas,*

*Et si tradam corpus meum ut comburatur, charitatem autem non habeo, hoc nihil mihi prodest. Negamus ergo vnum maius bonum praestari posse a quoquam homine, eo bono quod mandatur in lege.*

I V. Nec contra quicquam probatur. Nam apud Marthæum res est manifesta, ex Paulo iam citato. Iubetur enim vendere bona sua Pharisæus, & ergo pauperibus. At hoc non est maximum bonum. Eo enim maior est amor Dei: maior etiam amor proximi. Itaque, eti istud fecisset Pharisæus, non sequebatur illum impelle legem. Videlicet manifestum est, loquuntum esse Christum ex illius hypothesi, quam ipso voluit experimento comprobare. Laetabat se obserualis ab incunte aetate vtrumque mandatum, a mandi Deum totis viribus, amandi proximum sicut seipsum. *Quod si verum esset, saltem alterutrum, non amasset opes suas plus quam Deum, plus quam proximum.* Ideo præcipiente Deo libens caruisset: poscenti proximorum necessitatibus promptus erogasset. Itaque hic locus non docet posse aliquid maius praestari: sed demonstrat thrasonicos esse motus gloriantium se implere legem.

V. Nec difficiles Chrysostomus, & Augustinus. Hi enim primo, non loquuntur de omnibus mandatis: sed de uno tantum: nimurum de eo quo prohibetur adulterium. Est autem manifestum uno mandato non contineri omnia: itaque posse aliquid fieri præter unum mandatum, negari non potest: nō qui nec scortatur, nec furatur, plus agit boni, quam si tantum non scortaretur. At nos non singula nunc mandata scortim consideramus, sed omnia simul; id est, totam legem. Itaque, eti dem posse fideles plura facere, quam iubeantur, uno mandato: tamen nego posse plura facere, quam iubeantur, omnibus mandatis: immo nego posse facere, quæ iubentur omnibus mandatis.

VI. Secundo, utrumque loquitur de Virginitate: Et nonnullas dicunt non tantum non esse scortatas: sed etiam virginitatem amplexas. Atqui Virginitas in ijs est, quæ per se nec bona sunt, nec mala: sed prout fiunt, vel non fiunt ex amore Dei, & odio peccati. Quare, qui virginitatem colit, minus bonum perficit, quam id quod lex exigit. Itaque nō sequitur istum toram legem implere. Non enim qui minus potest, potest etiā maius. Atque adeo experientia docet: quia non tantum Virgines fuere inter infideles, quorum non erat bona Virginitas: sed etiam in ijs qui propter Christum amplexi sunt virginitatem, non defuere male concupiscentiae. Quod ipsum existimat multi significari per ὁμολογίαν Pauli, qui tamen hoc vitæ genus erat amplexus.

VII. Secunda ratio Bellarmini, & Vasquis: Si præcepta essent impossibilia, neminem obligarent; ideoque præcepta non essent præcepta. Probatur consequentia. Quia fingi non potest, quomodo peccare quis possit in eo, quod vitare non possit.

H X. Respondeo, me ab initio distinxisse impossibile, in id quod absolute, & quod *γνῶν*. Absolutè illud, quod ab ipsa creationis natura possibiliter omni caret. Quomodo, si iuberentur homines intra aquas vivere pisces. Si iuberentur rubi rosas ferre: *νοτίην*, cum posita aliqua hypothesis, id redditur impossibile, quod antea erat possibile. Præcepta absolute impossibilia, neminem obligare concedo. Sed nego legis diuina mandata aut esse, aut à nobis dici hoc modo impossibilia. Re vera enim ex prima sua natura potuisse hominem omnia implere, que à lege imperantur: & rursus futurum ut possint fideles, in patria. Cum tamen nunquam potuerit homo, nunquam futurum sit ut possint fideles, vitam vivere pisces: nunquam potuerit, nunquam futurum sit, ut possit rubi rosas ferre.

I X. Aut nullum impossibile *γνῶν* obligare: prorsus nego. Est enim falsissimum. Nam qui est in multo ære alieno, eti non si soluendo, tamen tenetur soluere: unde nata lex: si non in ære, luit corpore. Quæ obligationis ratio longe fortior in argumento nostro: vbi agitur de iure diuino, cui obligamur ab ipsa creatione. Quod si dicitur naturalis sensus, & non posse filios parentibus satisfacere, & debere tamen omnia parentibus: quanto magis nos dicamus, non propterea nihil debere Deo, quod nimis nullæ sint vires nostræ?

X. Verum, inquit, fingi non potest, quomodo aliquis peccet in eo quod vitare non potest. Absolutè ergo, inquam, quantumcunque est, fuit, erit, Idololatræ interris. Nam consentiunt ipsi Papistæ, non posse hominem sine gratia implere legem. At Idololatriæ non habent gratiam: quia sunt infideles. Itaque non possunt implere legem. Conscient ergo nobis Iesuitæ, si Deus patitur, infideles non esse infideles: idololatras non esse idololatras: deinde utrilibet esse homini, ne habeat quicquam commune cum gratia Dei. Vel, si hæc fatentur absurdissima, cur non vident constare rationem, quæ dicantur peccare quidam in eo quod vitare non possint? Etsi hoc, fateantur se nunc temere argumentari.

XI. Tertia ratio Bellarmini, Alphonsi à Castro, Gregorij de Valentia. Si lex Domini esset impossibilis, sequeretur Deum esse omni tyranno crudelior & stultiorem. Ratio consequentia, quia ab ipsis etiam amicis leges exigeret, quas sciret à nemine obseruandas; ne per auxilium quidem gratia. Panigarolla discept. 8. hinc sumit ansam horrendam in Caluinum calumnias, quasi docentem, *Deum tam amantem esse, tam cupidum noxarum, & erratorum nostrorum, ut nobis prudens sciens legem dederit, quo peccemus, quoniam observari nullo modo possumus.* Sed & respondentem inducit obijcientibus fatum vanumque futurum principem, ferentem legem, cuius obseruatio sita non esset in populorum potestate: id est verum, cum eo consilio sanctiur lex, ut obserueretur: sed interdum ferri nulla alia de causa, nisi ut populi contra legem committentes, in propriam perniciem ruat: actum potissimum esse quascunque durissimas, alperrimasque, neque satius quicquam fieri ab eo principi, qui vexare & affligere populum velit, quam leges constitutæ, quæ obseruari villa prorsus ratione non possint: Eiusmodi autem fuisse legem Dei.

XII. Nos istis calumnijs moueri non oportuit: indicare tantum, quæ sola frangat negotio: & simul ostendar, quid in isti huiusmodi hominibus conscientiæ, tam impudenter mentientibus: itaque, non attentis inquirendæ veritati, sed per immaniam mendaciam conflandæ inuidiæ, quæ si possint, innocentiæ obruant. Sed huius certissimus vindicta futurus est Omnipotens. Certè Caluinus magis pie, sancteque ac modeste de Deo, Deique rebus loqui solitus erat, quam ut ad tam blasphemias voces deuenirent.

XIII. Sed ad rem. Hos quis homines non mitetur tam iniquos, ut omnia sibi indulgent, alijs nihil permittant? Quæ enim illi monstrâ non gariunt, de Dei omnipotentia absoluta, quam temere separatam à reliquis omnibus

## DE IMPLETIONE LEGIS.

ciusdem attributis prouidunt quantum volunt: At nunc ciuidem voluntatem non partuntur abstrahi; non dico ab eiusdem reliquis attributis, quod ego profanum puto, sed ab eo iuris modulo cui sunt ipsi assueri; si tamen assueti. Qui tamen negare non possunt, eundem dispensare res humanas planè pro arbitrio? Non enim fuit ab ijs iuris formulis, aut sacrificium imperium Abraham, aut spoliatio Aegyptiorum permissa Israeletis; aut Chananaeorum exterminatio. Quæ profecto defendi non poterunt, si Deo nihil velimus licere, quam quæ ne in hominibus quidem reprehendi possint. Quæ dicta sunt aduersus hanc non procul distantem à blasphemia temeritatem, quæ audet pronunciare, si hoc illud vnde Deus ageret, fore inustum.

XIV. Sed argumentum solutio similis est precedentem: Si præcipi dicantur absolute impossibilia; posse concedi consequentiam. Sed non esse necessarium de impossibilibus: ut ex virtute proprio eorum quibus imperatur: & imperatur non noui quicquam post huius impossibilitatis audentum: sed id ipsum quod illi tenebantur praeflare cum poterant. Ut si à decoctore postulentur auri montes nulla præcedente obligatione; magna sit iniustitia. Sed si ab eodem postulentur talenta, quæ vere debuit, dabitur ne ei vlla in creditorem actio? Et hoc si sic fiat inter homines, indigne ferat quisquam, suum ab homine peccatore ius Deum reposcere? Suum, inquam, ius reposcere: nam quæcumque ei mandata data sunt post peccatum, non vllum novum tributum imposuerunt. Sed fuerunt tanquam veteris debiti renouata tabulae: quæ lapsam memoriam restaurarent: vnde à Paulo Chirographum appellatur.

XV. Bene Bernardus, Serm. 50. in Cantic. cum distinxit charitatem in actu, & in affectu, illa, inquit, mandatur ad meritum, ista in premio datur: cuius initium quidem prestatum, vitam quoque presentem experiri diuina posse gratia non negamus, sed plane consummationem defendimus future felicitatis. Quomodo ergo iubenda fuit, quæ implenda nullo modo erat? Aut si placet tibi magis de affectuali datum fuisse mandatum, non inde contendeo, dummodo acquiscas & tu mibi, quod minime in vita ista ab aliquo hominum posset, vel poterit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat quod Paulus ipse fatetur non comprehendisse? Nec latuit preceptorum precepti pondus hominum percedere vires: sed indicavit uile ex hoc ipso sua illos insufficientes admonere, & ut scirent sane ad quem iniustitia suum nisi pro viribus oportet. Ergo mandando impossibilia, non prauariatores fecit, sed humiles.

XVI. Quarta ratio Greg. de Valentia. Exploratum est, ex sacris literis, iustum ea posse facere, quæ requiruntur ut queat ad beatitudinem peruenire. Sed in primis ad hunc finem requiritur, ut peccata mortalia caueatur: sicut eadem Scriptura ubique docet. Ergo iustus potest omnino id facere.

XVII. Respondeo, quæ necessaria sunt ad aliquid beatitudinem non esse vnius generis omnia. Alia enim esse causas: alia effecta harum causarum: & haec rursus effecta, vel talia ut sine ijs omnino nemo obtineat: vel talia quæ duntaxat obligent ad præstationem. Primum genus, quod est causarum, prorsus nego ab homine præstari posse: nam contra pati debet potius; puta gratiam, & remissionem peccatorum, id est, iustificationem. Secundum genus, eorum scilicet, sine quibus nemo obtineat beatitudinem, puta penitentiam veram, & fidem; concedo posse hominem iustum, id est præuentum à gratia, præstare. Etiam tertium genus cuiusmodi sunt omne genus bona opera: sed ita tamen ut non sit perfecta, sed tantum inchoata præstatio.

XVIII. Iam ad argumentum. Vitare omnia peccata mortalia, si sic intelligas, ut non possit qui quæcumque qui vllum admiserit peccatum mortale, obtinere beatitudinem, negatur assumptum. Còtrà enim constat plurimos beatos nunc esse qui admiserunt grauissima peccata, quæ ne indulgentissimi quidem Papistæ negent fuisse mortalia; tum ante vocationem, tū post eam. Imo vero, eam ob causam instituta est & penitentia, & remissio; nimis, ut ne obsinthiusmodi peccata iustificato, quo minus perueniat ad beatitudinem.

XIX. Sin autem ita intelligas, necessarium esse vitare peccata mortalia, ut sensus sit necessario ad id obligari iustificatum: admittam sane assumptum: sed maiorem negabo. Nam eadem vis est obligationis ad vitanda etiam ille, quæ vocant venialia: etiam omne genus pruarum concupiscentiarum: si enim non esset, non tenerentur ad vitandum; ideoque non peccarent eum non vitarent. Et tamen certum, non posse hoc hominem iustificatum præstare.

XX. Quintam rationem Salmeronis, sic formo. Quæcumque mandata dantur huius vita gratia, ea impleri possunt in hac vita. At omnia mandata dantur huius vita gratia. Ergo impleri possunt in hac vita. Probat assumptum: Quia, si non huius: ergo alterius. At non alterius: Quia ibi tempus victoriae, & triumphi, non militiae: præmij, non meriti.

XXI. Respondeo: mandata data quædam huius tantum vita gratia: Quædam & huius, & alterius. Illa esse, quæ in eorum rerum usurpatione sunt, quæ non per se sunt peccata, aut virtutes, sed per aliud: & clariss. Amor Dei, & proximi, quæ summa est legis, mandatur absolute, non tantum huius vita gratia: sed etiam futura: itaque pertinent ad iustitiam etiam in patria. Sed virtus amoris exercitia, quædam accommodantur huic vita; cuius nulla pars vacare debet eo amore: vnde fit, ut nullæ sint huius vitae partes, in quibus non sit momentum aliquid ad eam ipsam iustitiam, quæ pertinet ad vitam futuram. Sic adulterium ita prohibetur in hac vita, ut admitti non possit: in futura: ne apud inferos quidem: Quia tum nemo aut nubet, aut ducet uxorem: homicidium etiam nemo patrabit: quia nemo poterit mori. Sed tamen adulterium, & homicidium patruntur contra eam iustitiam, quæ requiritur in vita futura: nimis contra amorem Dei, & proximi.

XXII. Itaque, in argomento primo negatur maior: quia, ut dixi, summa omnium præceptorum obligat & hanc vitam & futuram: ideoq; inchoata in hac, perficietur in futura: ac proinde fallsum posse impleri in hac vita. Deinde negatur etiam minor, eandem ob causam. Nec contra valer confirmation: quia etiam in victoria, & triumpho, & præmio, regnat obedientia: immo tum præcipue & verè regnat; quæ hic tantum luctatur, & militat, & gemit. Est enim prorsus absurdum somniare, quemadmodum in humanis triumphus finis est bellum: adeo ut hoc deinceps nullum sit: ita in beatitudine, post triumphantum peccatum, nullum deinceps præstari obedientiam Deo. Contra enim, huius nosce luctæ finis est hæc obedientia; quomodo pax finis belli: nempe, ut, quemadmodum bello cessante, & per victoram ac triun-

phum cohibito, alta pax sit: ita superatis nostris hostibus, firma sit, & pax festa, & plena obedientia. Et sic fiat voluntas tua in terra sicut in celis.

XXIII. Sexta ratio eiusdem Salmeronis: Si lex seruari non posset ab his, qui Dei gratia & Spiritu ornantur, continuo peccaremus. At non continuo peccamus. Ergo lex seruari potest. Probatur assumptum. Quia aliqui Christi, ut dixit Apostolus ad Galat. 2. peccati esset minister, & gratis, seu frustra esset mortuus.

XXIII. Respondeo, peccare dici de eo, in quo sit peccatum, & de eo qui sit in peccato: siue de eo in quo peccatum habitat, & de eo in quo regnat. De eo, in quo peccatum regnat, negatur consequentia. Nihil enim oblit, quominus est qui ornatur gratia, & Spiritu, faciat malum quod nolit, & bonum quod velit, non faciat: quod coram est in quibus peccatum habitat, non regnat: & quibus velle adiaceat, ita tamen ut perficere non inueniant. Quare iesum lex impossibilis est præstita.

XXV. At de eo in quo peccatum habitat tantum, non etiam regnat, negatur assumptum. Ille enim eo ipso peccat, quod non inuenit perficere: Nam, quia peccatum est, non facere bonum, & peccatum est facere malum: Ergo, & qui quod non vult facit malum, & qui quod vult non facit bonum, peccat: non regnante tamen peccato: sic enim ne vellit quidem bonum, aut malum non nollet.

## CAP. IX.

## De Patribus.

I. Venerio ad Patres, quos à se putant esse Papistæ: eti pauciores, quam pro iactantia. Cyrillum nominat Bellarmine lib. 3. contra Italian. quasi diceret illud ipsum, Non concupisces, quod omnium putatur difficillimum, impleri posse per gratiam. Sed hoc ego reperi haud paulo aliter, Verbum Dei unigenitum, inquit, reformans hominem naturam in suam originem, aboleuit quidem peccatum in carne, factum homo: & transitum nos in nonnitatem vita, & repastinare in suis primam naturæ dignitatem, in qua iterum plantetur admirabilis gloria. Eapropter, inquit, dictum est antiquis. Non meæhaberis: ego auem dico vobis, Non concupisces. Quamvis res sit ut opinor, ad quam pertinere nequeat ut pote incomprehensibilis, & quodammodo supra naturam. Sed sic sapere non sinit. Quod enim impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus missus Filius in similitudine peccati mortis, & de peccato condemnauit peccatum in morte, ut impletio legis impletur in nobis, qui secundum carnem non incedunt, sed secundum Spiritum.

II. Hæc ibi leguntur: sed tam infeliciter Latinè facta; (quod suo more solens fecit Heruetus) ut indignationem mouant legenti: qui in tanta balbutie Cyrilli mentem nequeat assequi: que fortasse causa Bellarmine fuit, ut locum maluerit indicare, quam describere. Sed quantacunq; illa fuerit Herueti infantia, tamen non potui videre, vnde sicut illud impleri, hauserit Iesuita. Nam illud, Impletio legis impletur in nobis, non habet eam mente, nisi ego vehementer fallor. Imo contra, cum posuit illud, Non concupisces, tale esse, ut ad ipsum pertinere nequeat, ut pote incomprehensibile, & supra naturam: tum ponit verbum factum hominem, ut quod lex non poterat in carne; peccatum damnaretur, & ius legis (ita enim loquitur Apostolus: & Cyriillus expedit impletionem legis) impleretur. Quæ quidem omnia nos & confitemur, & docemus ita se habere: ut antè exposuimus. Hic igitur testis frustra est Bellarmine.

III. Athanatum laudat Gregor. de Valentia, ex Epist. ad Marcellin. de Interpretatione Psalmorum, Sun & alijs Scriptura libris sententia prohibitoria, qua mala vetant: sed hoc in codice, quomodo abstinentia sit à malis, exprimitur: ut editum alibi est, pœnitentiam agendum esse. & pœnitentiam esse à peccatis desinere: sed hic, quomodo pœnitentia sit agenda, exprimitur. Verisimile, sed quid ad rem: Potest igitur, inquit Gregorius, homo abstineri à malis, seu definiri à peccatis? Omnis in omnino, inquam? At hoc ego consequens propositum in Psalmis veræ pœnitentia (id enim significat Athanasmus, apud quem est nō nō) sed esse vllum typum perfectæ obedientiæ, neque dixit Athanasmus, neque verum est. Etenim pœnitentia, quæ nobis exhibetur in Psalmis, non ea tantum est prima, cum mundo renuntians quis, ad Deum conuertitur: sed etiam, & quidem præcipue, illa altera, cum quis, post illam renuntiationem, labitur in peccata, & quidem grauissima: quæ non potest confundere cum legis impletione. Quem enim necesse est ita pœnitere, hunc etiam necesse est coifiteri se legem non implesse, non tantum antè, sed ne quidem post acceptam gratiam.

IV. Nec felicius Augustinum idem Gregorius aduocat c. 10. de Spiritu & Litera, Ideo datur gratia, non quia bona opera fecimus: sed, ut ea facere valeamus, id est, non quia legem implevimus: sed, ut legem implete possumus. Nam, quis hoc negat? Non enim determinauit Augustinus, quando impleamus. Itaq; eti detur in eum finem gratia, ut implete possumus: tamen non sequitur nūc, id est, in hac vita, nos implete. Erat sane & Paulo data: qui se tamen negabat facere, quæ velle: qui velle quidem se bona fassus, negabat perficere.

V. Gregorius, Moral. lib. 21. c. 9. In hac vita multi sine criminis, nullus verè esse sine peccatis, valet. Vnde & Predicator sanctus, cum virum dignum gratia sacerdotali scriberet, nequaquam dixit, si quis sine peccato: sed, si quis sine crimen est. Quis vero esse sine peccato valeat, cum Ioannes dicat, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos metipos seducimus, & veritas in nobis non est? In qua videlicet peccatorum, & criminis distinctione perfundit. Hunc locum miratus sum à Greg. de Valentia proferri: planum enim, neminem pronunciaris sine peccato: quod si est, quis ausit assertare legem impletis? Nisi forte aliqua peccata non sint contrarie legem.

VI. Sed, inquit de Valentia, peccata mortalia, ea sunt quæ extingunt animam: Itaque, sine ijs multos esse dixit: reliqua igitur tantum sunt venialia. Sed hac alia quæstio est, & olim disputata. Nunc tamen, si peccatum omne sit diuina, quomodo pronuncianit Ioannes. Nam inde conficitur, quæcumque peccatum quodcumque admittat, hunc legem transgredi, ac proinde non implete: ut dixi. Quanquam illa distinctio criminis & peccati infirmissimo naturatur fundamento: id est Latina editione, cuius visum nō nō, vertere sine criminis.

erimine: unde Latinis impositum, ut crimen distinguerent à peccato. Atqui latius sonat: *ne mē cōs̄ix̄t n̄ īnd̄rōw̄p̄c̄*. *τετ̄n̄iū ακ̄d̄ j̄enn̄i*, inquit Oecumenius, comprehendit qualunque dici possunt, & significat eum qui accusari non potest. Atque adeo quod ita dixit ad iitum, *αν̄ιαιλ̄ωτ̄*, poluit ad Timotheum: Latinus Interpres irreprehensibilem. Oecumenius, *ιν̄δ̄ ε̄x̄ n̄ κακ̄ο̄ς συώδ̄ε̄ς*, qui nullius malis fibi sit conscius.

VII. Sed enim fateor quidem, non significari à Paulo aliquem quasi Angelum, perfectè iustum: qualem nos negamus esse posse in hac miseria corruptionis. Sed viceversa, villo necessario argumēto hinc euinci distinctionem peccati, in veniale & morale. Multo melius Graeci. Chrysostom. hom. 2. ad Tit. οὐδὲποτε παρέχειν λαβόντες αρχομένοις την αρχοντικήν εἶλεται. Άλλος Γεράσιμος, εἰ τὸ αὐτόν γέλαντο, τρέπεται εἰ κατηγείται ὁ βιώσας τῷ ιλευθερωτῷ εἰτε εἰς τὴν ἐποκήν Φαίνεται ἡ θεᾶ ἡ Κύρια, Nullam occasionem prabere subiectis prasulem vult. Quocirca, hic ante omnia posuit, si quis est ἐγγεγέλτος, hoc est, si vita illius omnis immunita à culpa: si mores eius nemo carpere potuit. Theodoretus similiter, Nullam dans occasionem iusta reprehensionis. Elias Cretensis ad 1. Nazianzeni orationem, annotat. 119. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, hoc est, talem, ut, nec in sermonibus, nec in rebus, nec in cogitationibus, nec denique in re villa seipsum reprehendat.

VIII. Alia sunt in specie maioris momenti testimonia, quæ negant mandata esse impossibilia: Hæc distinguo in varijs ordines. In primo hæc sunt. Basilius orat. in illud, Attende tibi, *Impium est dicere, impossibilia esse Spiritus præcepta*. Augustinus de Natura & Gratia, cap. 43. Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere quod possis. Et petere quod non possis. Et 69. Eo quippe ipso, quo firmissime creditur, Deism insitum & bonum impossibilia non poruisse præcipere, hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficultibus, quid petamus. Secundi de Peccator. meritis, & Remiss. c. 3. Acutè sibi: videtur dicere, quasi nostrum hoc villus ignoret, quod si volumus, non peccamus: nec præcepter Deus homini, quod esset humanæ impossibile voluntati. Similis locus, de Gratia & Libero arbitrio, cap. 16. Hieronym. 3. contra Pelagianos, *Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est*. Et in Matthæi 5. Multi præcepta Dei, sua imbecillitate metentes, putant esse impossibilia, quæ præcepta sunt. Et post, Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ fecit David in Saul, & Absalon.

**I X.** Respondeo, hæc omnia solui, illa, quam controuersia substrauimus, distinctione impossibilis per se, & per accidens. Est enim horum omnium mens, Dei præcepta, et si a nobis impleri nequeant, tamen non esse impossibilia. Quod ad hanc nostram controuersiam, quid attinet? Porro ita se rem habere, enin cam certis argumentis.

X. Primo, Basilius non est obscurus. Interpretatur illud Mosis, *απόστολος* του Ιησούς, inquit, διὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῦ μεταποντίου φράζει μοις ἐπαντίζειν τοὺς ὄφεις. τοῦτον τὸν ψυχῆς δωμάτιον προβλήματα τὴν διατριβὴν τῶν σωμάτων. Cum duplicitur dicatur *απόστολος*, interdum corporaliter, oculos intendere in ea que videri possunt: alias, mentali anima facultate instare contemplationi corporum: ἀντὶ δὲ τῆς τοῦ φραγμοῦ εἰσερχέσθαι καὶ θέτειν αὐτὸν *απόγραμμα*, οὐκ ἀδύνατον ἀπολύτερον. Si de oculorum vi hoc preceptum interpretetur, illico deprehendetur impossibilitas: πός γοντις οὐλογεῖται τῷ φραγμῷ καταλαβεῖ, οὐδὲ γοντις ἐφεύρεται οὐφραγμός καὶ γραπτοὶ τοῦ σχεδίου. Βικεντίου δὲ εἰσικατέται. 8 πάντα σίδερον, 8 *απόστολος*, τὸν τοῦ βαθεῖται απλακτὸν Αἰγαδίσιον. Quo pacto enim quis sese totum oculo, concipiatur? Neque enim oculus ad seipsum visu vitudit, non assequitur caput, non nouit dorsum, non faciem, non internam intelligitorum dispositionē: Στρέψει τὸ λέγον ἀδυνατεῖν τὸν παντοτε *απόγραμμα*. Atqui impium est dicere, impossibilia *Spiritus* praecepit. En tibi locum integrum: negat impossibilia mandata, ut neget id quod præmanibus habebat intelligendum corporaliter: nam; attentionem hanc negat esse possibilem. Quomodo autem? Absolutè, siue ex natura. At nos negamus ipsi, mandata sic esse impossibilia, quomodo impossibile est ab oculo dorsum videri: sed quomodo potius socrati impossibile est vndeque sibi attendere: quia, si sic attenderet, nihil haberet socradia. Itidem impossibile esse peccatori, implere legem: quia, si impletat legem, non sit peccator.

XI. Secundo, Augustinus disputat contra Pelagianos, asserentes liberi arbitrij naturales facultates, & concludentes ex legis possibiliitate. Nulla lex est impossibilis. Ergo homo potest legem diuinam praestare. Ille concedebat antecedens: negabat consequentiam: habens pro certo, ut paulo post probabimus, nullum hominem esse absque peccato, in hac vita. Atqui, si verum esset legem esse, tum possibilem absolute, tum non impossibilem ~~xarpi~~, necessaria erat Pelagianorum consequentia. Et hoc miror Papistas non videre; qui fatentur non posse sine gratia Dei fieri mandata: Et tamen reos esse, qui sine gratia non perficiunt: Quod si est, tum omnino sequitur, aut posse sine gratia fieri mandata: aut esse aliquam legem iustum, quæ tamen sit impossibilis; aliquo saltu modo.

XII. Præterea Augustinus disertus est: vt non sit opus illis aut argumentis aut coniecturis, Non igitur, inquit, Deus iubet impossibilia. Quid ergo? Hic quæsto obserua ipsissimam illam distinctionem nostram, Sed iubendo admonet, & facere quod possis: & petere quod non possis. Quid illud est, obsecro? Negavit mandari impossibilia: Concedit aliquid facere nos posse, aliquid non posse. Nonne id quod facere possumus, nobis est possibile? Nonne id quod nos facere non possumus, est nobis impossibile? Atqui si non admittimus distinctionem, omnino necesse est, si possibilia sint omnia: etiam nos posse omnia facere: ac proinde contradixit ipse sibi Augustinus.

XIII. Eadem mens est Hieronymi contra Pelagianos: cuius integer locus ita habet, *Deus possibilia mādauit: hoc nulli dubiū est: sed, quia homines possibilia non faciunt: siccirco, omnis mundus subditus est Deo, & indiget misericordia eius: aut certe, si ostendere potueris, qui uniuersa cōplererit, tunc poteris demonstrare esse hominē, qui non indiget misericordia Dei.* Quid manifestius? Possibilia agnoscit mandata: ponit tamen, nemine vñquā impleuisse. Et ponit hanc ob causam omnes indigere misericordia Dei. Sed post disertē, *Humana conditio, si paululum se remiserit, dicit fragilitatem suam, & multa se non posse cognoscit.* En-

XIV. Deniq; audi Augustinum, de Gratia & Lib. arbit. c. 6. *Magnū aliquid Pelagiani se scire putant, cū dicunt: Non iuberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. En tibi obiectionē olim Pelagianorū, nunc Papistarum. Responderet Augustinus, respondemus & nos: Qui hoc neficias? Sei ideo iubet aliqua, quā non possimus, ut nouerimus quid ab illo petere debeamus. En tibi: non mandat quā non possunt ab homine fieri: & ramen iuber aliquid, quā non possimus.*

XV. Itaque, illud etiam perspicuum est Hieronymi in Matthæum, taxatis eos, qui impossibilia dicerent mandata Dei, metuentes sua imbecillitate. Id est, concludentes in hunc modum: Nos non possumus facere: Ergo sunt impossibilia. Cuius argumenti, ille concedit antecedens, negat consequens. Itaque, utrumque potest consistere, & non posse hominem facere: & non esse tamen impossibilia. Quod si est, tum vero hoc aduersariorum aduersum nos argumentum profrus concidit.

XVI. Secundo in ordine illos constituo, qui assentunt, posse nos facere, si velim. Concilii Ar. auficanum can. post. *Hoc et secundum fidem Catholicae cre-  
dimus, quod accepta per Baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante,  
& cooperante, quae ad salutem pertinent, possint, & debent, si fideliter laborare  
voluerint, adimplere. Hilar. in Psal. 118. Latum mandatum Dei est, & in omnibus  
spei nostra genera diffunditur, ut non difficile sit, si voluntas ait, praecepto Domini  
obtemperare. Chrysost. in Matth. hom. 39. Quomodo, inquires, qua dicta sunt  
perfidiam animo? Si humilitate sincera, si in angustitudine vera, si moderatione in-  
tegra, te communis. Breuius Graec. πνευματικός την, οὐ τυπετούσις θρησκείας  
πεποιηκες. Paulo post, εἰ γένετο δοκιμασθεῖσα τῷ Λογείῳ τῷ Φροντίδῃ,  
καὶ τὸν Φυλακά τὸν περιττόν, οὐ τοις φυλακαῖς οὐ τοις φρουραῖς, οὐ αὖτε τοῦ  
εοκεντροῦ οὐ τοῦ θυμουτοῦ, πατέτω σου πάσι ταῖς φύσεις. Quod si adhuc  
ingum ac onus audiendo formidas nimium, atque perhorrescet, non natura rerum  
huiusmodi timorem sed ignorantia tollum attribuas. Nam, si accinctus, & prepara-  
tus eris, & nulla desititia esse miratus, cuncta tibi facilita, leuisimaq[ue] videbuntur.  
Ad Hebr. orat. 16. Hic solus oportet velle, & sequuntur omnia. Non licet n. dice-  
re, nō possum: nec accusare opifice. Nā si nos fecit imbeciles, & impotentes, sui est  
accusatio: Graecē plenius, ὃς ἀδιάνυτος τεχνητός, οὐτινήθη, κατηγορία  
αὐτοῖς εἴη. Na, si tales nos fecit, ut non possumus, postea legē imposuit, ad eum accu-  
satio pertingit.) Quomodo ergo, inquit, multi non possunt? Quomodo ergo, multi  
nolunt? Na si volunt, possunt omnes. Augustin. serm. 61. de Tempore: si tamen  
is est Augustini, Cum multa sint quis propter fragilitatem humanam corporaliter  
implere non possumus, charitatem tamen in corde nostro, Deo inspirante, si in ve-  
ritate voluerimus, sine aliqua dubitatione habere poterimus.*

XVII. Hi loci, & qui his similes, ad hanc certe controuersiam sunt inutiles: nimurum, quia præsupponunt id ipsum, de quo disputatur. Quia hoc ipsum velle, quod illi supponunt, cum dicunt mandata esse possibilia, si velimus; est pars ipsius impletionis, & quidem talis pars, quæ ipsa sit origo omnium reliquæ impletionis. Nam lex posita est primo, & per se voluntati: quæ postea regit omnes actiones. Imo, ut plurimum obediens iudicatur à voluntate, potius quam ab effectu: quia hic multis modis impediti potest, vt ne fiat etiam cum eius causa, id est voluntas, adest. Nos ergo, cum negamus posse hominem implere legem, hoc ipso negamus, tantam esse viiūs hominis facultatem, ut nunquam nolit transgredi, ut semper velit obseruare. Velix, inquam, actu precenti.

XVII. In quam rem eleganter Hieronymus 3. illo aduersus Pelagianos libro, *Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare si velit, pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporea, quandiu intentus est animus, quandiu chorda nullo vitio laxatur in cithara: quod si paululum se remiserit, quomodo qui aduerso flumine lembum trahit se remiserit manus, statim retro labitur, & fluentibus aquis, quo non vult, ducitur: sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit frigilitatem suam, & multa se non posse, cognoscit.*

XIX. Digrus locus qui diligenter obseretur. Hoc ponit, posse hominem non peccare, si velit; id est, legem implere, quod nos disputamus. Et tamen cōcludit, discere hominem multa se non posse. Ergo, inquam, utrumque ponit, & posse, si velit, & tamen non posse. Quomodo? facile. Non enim & posse si velit, & non posse, etiam si velit: nam hæc manifesta esset contradictionis implicatio. Sed hoc potius; & posse, si velit, & tamen non posse. Explicat ipse. Posse si velit: hoc est, si intentus sit animus, & nullo vitio chorda laxetur: si se paululum quidem se remiserit. Non posse autem, si se paululum remiserit. Hoc est, quod dicebam de voluntate actu præsente. Nam habitu quodam fieri potest, ut homo semper velit: cui tamen remissa sit interdum voluntas, non autem intentio: ac tum, qui habitu sic vult, actu tamen peccat.

XX. Itaque, quod ita Patres dixerunt, posse hominem esse sine peccato, si velit: posse implere legem, si velit, ita ponendum ex eorum mente, ut sit plenum argumentum Papisticum. Cuicunque semper intenta est voluntas ad implendam legem, ita ut nunquam remittat se, is potest implere legem. At omnibus fidelibus voluntas est sic intenta. Ergo fideles possunt implere legem. Hic nos maiorem libenter concesserimus. Sed minorem non item. Nam contra Hieronymus ipse disputat, paulo ante iam recitata verba, *Omne*, inquit, *quod sieri potest*, *tribus constat temporibus*, *aut præterito*, *aut praesenti*, *aut futuro*. *Hoc quod assieris*, *posse hominem esse sine peccato*, *si velit*, *mōstra factum esse de præterito*, *aut certe nunc sieri*: *de futuro postea videbitur*. *Quod si nullus potes ostendere*, *qui sine omnī omnino peccato*, *aut sit*, *aut fuerit*, *restat ut de futuro tantum disputatio sit*: *interim in duabus temporibus*, *præterito atque praesenti*, *victus teneris*; *si aliquis fuerit postea maior Patriarchis, Prophetis, Apostolis*, *qui peccato careat*, *tunc futuris de futuro*, *si potueris*, *persuadeto*.

XXI. Atque hoc tanto diligentius considerandum, quanto certius est, hoc ipsum à Patribus concessum Pelagianis affirmantibus: itaque intellexisse verum, non de quibusdam tantum, sed de omnibus hominibus. Dicamus apertius. Hæc fuit mens Patrum, ut concederent, non fideles duntaxat, sive regenitos, & qui in gratia: sed omnes omnino homines, si velint, posse esse sine peccato. Nam id terebat status controværia cum Pelagianis, qui calumniabant Catholicos, cum nollent concedere posse hominem per liberum arbitrium carere peccato, statuere legem impossibilem. Atqui inquam, neque olim Pàtres, imo ne hodie quidem Papistæ, docent omnes homines promiscue posse legem implere: et si concedant omnes posse implere, si velint, etiam sceleratissimos quoque.

**XXII.** Nam, si non possent, etiam cum vellent, tum rediret accusatio in Creatorem, qui eam legem impoſuit, quā nullo modo homines obſeruare possent: quod caendum eſſe viderunt Patres. Poteſtū ergo Papistæ horum autoritate uti legitimè, si quando reſ fit cum eiusmodi hominibus, si ſint quidam huiusmodi homines, qui negent vñquam potuisse ab homine præſtarī legem, quod genus forrē Marcionitarum, aut Manichæorum fuit. Hæc enim phrasis, potest homo, ſi velit, diſertiflīmè exprimit imposſibilitatem legis, ſi qua eſt, nullo modo à lege eſſe, ſed à voluntate hominis. Vnde Chryſtoſomus & mīs Phōtōs & ταῦτα μεγάλα, αὐτὰ ḡn̄s pafuūias, non natura rei, ſed eſt tuſcordia.

XIII. Et vero consensum Patrum vide. Dixit Hilarius, *Si ad si voluntas*. Augustinus, *Si in veritate voluerimus*. Concilium Araucanum, *Si fideliter laborare voluerint*. Chrysostomus, *Si sis humilis, & mansuetus, & moderatus*. Hieronymus, *Quandiu intentus est animus, si non remiserit se*. Hæc erant Papistis attendenda, non vero nudo possibilitatis vocabulo abutendum. Sed illi nimis *ne posse possa* venantur, *ne ... consultissimum putant negligere*. At non ita veritatis amantes. Nobis placet Augustini, 2. de Peccator. meritis, & Remissione c. 14. *Neminem esse, qui tantum velit, quantum res exigat*. Quid supererit?

X X I V . Ab his lucem sumit illud ex Symbolo ad Damasum , quod est inter opera Hieronymi , et si non Hieronymi : à Salmerone recitatum , Execratur eorum blasphemiam , qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo praeceptum esse , & mandata Dei , non à singulis , sed ab omnibus in commune , posse seruari . Et post , Liberum suū constemur arbitriū , ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio : & tam illos errare , qui cum Manicheo dicunt hominem vitare peccatum non posse , quam qui cùm Iouiniano afferunt , hominem non posse peccare . Vterque enim tollit arbitrij libertatem : Nos autem dicimus hominem & peccare , & non peccare posse , ut nos semper liberi consteantur arbitrii . Nam ista , quis non videt intelligenda , non contra , sed secundum Catholicorum mentem iam expressam ? Non enim debuit , hic quisquis tandem est autor , à reliquis discedere . Quod si discesserit , vident omnes nullum posse habere pondus auctoritatis , & fidei . Dicat ergo ille nihil homini Deum mandasse per se impossibile : Dicat posse nos non peccare , per naturam : sed non peccare non posse , per corruptionē nature : Et posse non peccare , si velimus : actū esto Catholicus .

corruptionē naturae: Et poterit non peccare, si velimus / actū ero Catholiceus.  
XXV. Greg. de Valentia ex Ambroſio in 1. Lucæ recitat, *Cum Ecclesia ex gentibus, hoc est, ex peccatoribus congregata sit*, quomodo ex maculatis immaculata potest esse, nisi primo per Dei gratiam, quod abluta à delicto sit: deinde, quod per qualitatem non peccandi abstineat à delictis? Ita nec ab initio immaculata: humana enim hoc impossibile est natura, sed per Dei gratiam, & qualitatem sui, quia iam non peccat, sit ut immaculata videatur.

**XXVI.** En tibi, quam procul nos iste abducat à nostra Thesi. Nos negabamus yllum esse omnino, qui in hac vita perficiat legem: iste nobis , non vnum, non duos; sed vniuersam Ecclesiam, id est, omnes omniꝝ o Christianos hoc priuilegio donat. Næ, aut nos oportet valde decipi , aut hunc proflus à veritate aberrare. Cum Donatistis agens olim Augustinus, ferm. 29. de Verbis Apostoli, Cùmeis dicitur, inquit, qui sunt isti , qui sine peccato sunt, respon- dentes dicunt, tota Ecclesia. Mirari potuisse, si inuenirem vnum, duos, tres, de- cem, quod querebat Abraham: tu, Harelice, respondes, & dicas mihi, totam Eccle- siam. Sic olim Augustinus. Cur non & nos hodie? Nempe certu hoc , magis abiit à verisimili Pavistas, quo magis hoc ab Ecclesia torquebūt argumentum.

abire a veritatis Papitas, quo magis hoc ab Ecclesia torquebat argumentum.

**XVII.** Sed enim quis Ambrolio, imo quis Paulo neget Ecclesiam immaculatam? Sed esse propterea sine peccato, quamdiu est in his terris, negabit constanter Augustinus, pro nobis: & quidem declarans, quod alibi ita dixerat, ut periculose videri posset a biguum. **i.** Rerat. **28. Item, quod dixi,** Quam sibi Deus elegit gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, non ideo dixi, quia nunc ex omni parte iam talis est, quamvis ad hoc electa non dubitetur, ut talis sit, quando Christus apparuerit vita eius, tunc enim ipsa cum illo apparebit in gloria. Non persuadebit Iesuita fusile aliam discipli fidem, aliam magistri. Itaque illud iam non peccare, non potest in eam partem intelligi, ut omnino nihil admittatur praeter legem Dei: sed de inchoata sanctificatione; qua sit, ut sit in nobis peccatum inhabitans tantum, non etiam regnans.

C A P. X.

### *Quæ sit impletio legis.*

I. Sic disputarunt infeliciter Papistæ. Nos nunc contra : & quidem hoc argumento, à quo multa pendent: Quicunque implet legem, nullam eius partem transgreditur. At nemo est in hac vita, qui nullam legis partem transgrediatur. Ergo nullus est in hac vita, qui totam legem impieat.

greditur. Ergo huius sit in hac vita, qui totam legem impletat.

11. De Minote post videbimus. Sed nunc ad maiorem respondet Linda-nus. Non esse Decalogum hominibus à Deo præscriptum, ut omni eum ex parte quis in hac vita præster, & impletat perfectissimè: sed quasi scopū præ-ixnum, in quem omnes animi & cogitationes & cupiditates intendantur, di-rigantur, atque destinentur. Huic axiomati fundamentum præmisit dupli-cem esse iustitiam, ex Hieronymo contra Pelagianos Dial. i. unam perfectā, Dei virtutibus cooprandam: alteram, quæ nostræ fragilitati competat. Secū-dum illam, posse nullam creaturam esse perfectam: sed cunctorum in carne iustorum imperfectam quandam esse perfectionem: veram tamen iustitiam. Quia rerum aut magnitudo aut paruitas ipsam non tollat naturam: nam par-uus ignis, verus est ignis: & pumilio, namque non minus sunt homines, quam qui proceri giganteaque statura.

quam qui procerū giganteaque itatura.  
III. Sed datam esse legem, ut impleatur, non vno sensu dici potest. Alias enim, quasi significetur certitudo eventus; hoc est, fore ut impleatur ab homine: alias autem, ut obligatio de lignetur: id est, homines teneri ad eam impletandam secundum omnes partes. Et priori quidem sensu concedimus, non esse datam. Sed is nihil ad presentem controversonam. Nam etsi futurum nunquam fuit ut impleretur lex, tamen non minus peccarunt qui transgressi sunt. Vnde Paulus ad Galat. 3. dixit datam fuisse transgressionum causa. Et ad Romanos 5. inquit, quoniam in peccatis, ut abundaret delictum.

man. s. iu. τανεο. αση το ωργητωμα, ut abundaret delictum.  
IV. Sed altera notio huc pertinet; & verè peccatores ac reos constituit homines. Esse autem hoc modo datam legem, ut impleretur, nos dicimus & docemus: præter naturam legis & sensum communem, à certis Scripturæ testimonijs, quibus nihil queat esse difterius. Deut. 27. *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit.* Quæ versio est Latini Interpretis vulgata: Septuaginta, ἐπικαταρεψετο πᾶς ο ἀθεωτος οἵτις σὸν ιμερέαν πᾶς τις λογιζεται τοις τεττας την πινηπι αυτας: *Maledictus omnis homo qui non permanebit in omnibus sermonibus legis huius, ut faciat eos.* Et Paulus, 3. ad Gal. ἐπικαταρεψετο πᾶς ο σὸν εὐαγγελιον πᾶς τοις μηχερεψετο. εις τοις βιβλιοις τοις, την πινηπι αυτας: *Maledictus quicunque non permanet in omnibus qua scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.*

V. Hebreice verbū est □**שָׁנַת**, cuius vim varie varijs conati sunt exprime-re. Sanctus, statuerit. Calvinus, stabilierit, Munsterus, implet: Tigurini, perfe-  
cte prestat. Sed statuere & stabilire, propter homonymiam, non videntur sa-  
risfacere. Nam propriè dicuntur de ipsa legis latrone, quæ pendet ab auctori

tate legislatoris: efficientis ut ea lex sit lex. Dicitur etiam de consensu partiū in contractibus & pactis, quæ autoritatem habent ab utraque. Nec nisi ~~reverentia~~, ac propterea durius, usurpantur de implemento aut legis aut pactorum: in qua nulla iam autoritas est: sed tantum obligatio. Neq; enim subditi obtemperantes legem stabilunt propriè, sed stabilitatem obseruant.

VI. Aet Hebraei: **¶** **קְרָב** dicitur de obseruatione legis iam constitutæ: & impletione promissionis, tu absolute, tum in pactis conuentis, & fœderibus. Sic Gen. 26 Deus Isaaco, & **stabilitam iuramentum meum:** quodnam? an re-cens aliquod, & tum primum auditum? **imo, quod iuravi patri tuo Abraham.** Non igitur propriæ stabiliendum: ideo Latinus interpres vertit **Implebo.** Deut. 8. **Sed recorderis Domini Dei tui: quod ipse vires tibi præbuerit ad fortiter agendū in bello, ut stabilitet.** Vulgata, **impleret pactum suum super quo iurauerat patribus tuis.** Primi Reg. 12. **Non audiuit Rex populum: quoniam auersatus fuerat eū Dominus, ut suscitaret (pro impleret) verbum suum quod loquutus erat in manu Abia Silonita.** Quo sensu in Nouo Testamento usurpatur **impletus,** im-plete. Matth. 13. **Vt impleretur quod dictum erat per Prophetam: & alibi sæpe.**

VII. Similiter de hominibus. 2. Reg. 23. Pythones, & ariolos, & figuris idolorum, & immunditias, & abominationes, que fuerant in terra Iuda & Hierusalem abstulit Iosias, ut statueret verba legis, quae scripta sunt in libro. Nhem. 4. Sic ex: utiat Deus omnem virum, qui non compleuerit (stabiluerit) verbum iustud de domo sua. Psal. 119. Iurauit, & stabiliuit, custodire iudicia statutorum. 1. Samuel. 15. Latinus interpres circumloquutus est, Pœnitet me, quod statuerim Saul Regem, quia dereliquit me. Et verba mea opere non impleuit.

VIII. Deniq; hoc ipsum verbum opponitur verbo transgrediendi: Hieremias 34. *Qui praevaricantur (transgrediuntur) fædus meum, & non obseruant (stabilierunt) verba fæderis.*

IX. Redeo ad Deuteronomium. Est igitur illius loci mens perspicua, legem ita positam esse hominibus, ut ne ab ipsis fiat irrita: id est, ut impleatur. Describitur autem impletio, ut diserte omnes partes non tantum intelligantur, sed et exprimantur: huc enim illud pertinet, *Sermones legis huius*: sive ut Septuaginta, *τὰν τοις λόγοις*: sive, ut Paulus, *τὰν τοις γέγραμμοις*: Qui enim omnia dicit, nihil omissit. Glossa ordinaria, *Hac sententia generaliter & praesentia, & preterita, & dicenda legis mandata complectitur, tanto grauior, quanto generalior*. Chrysostomus ad Rom. hom. 17. *καὶ οὐδὲν οὐδεὶς δύναται αὐτὸν πληρώσασθαι τὸν ἀδερφὸν διωτεῖν, Non potest quis insificari in lege, nisi qui omnia compleuerit, quod nemo potest.*

X. Ab hac vi, illud est Iacob. 2. *Quisquis totam legem seruauerit, offenditer autem in uno, omnibus tenetur. Sed & Christi, Matth. 5. Quisquis soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno caelorum.* Ut manifeste appareat legis præstationem, non in eo esse, ut aliquātulam partem, aut ēt maiorem partem, opere quis compleat: sed ut nihil omissiat: quod si quid negligat, reus sit violatae.

XI. Hoc ipsum alia phrasē enunciat Scriptura. Deut. 5. *Custodite, & facite quæ prescipit Dominus Deus nobis, non declinabitis neque ad dextram, neq; ad sinistram.* Et 17. cum iuberet Rex sibi describere legem, ut eam legit, tum neque declinet in partem dextram, vel sinistram. Similes loci eiusdem. Deut. 18. item Iosue 1. & 23. & Esaia 30. & alias. Quæ metaphora est ab ijs qui iter faciunt: nam & vniuersam hominis vitam solet Scriptura itineris specie representare.

XII. Ito nunc Lindanus, & suum illud occinat; non esse datam legem, ut omni em ex parte homo impleat in hac vita. Nam hoc quis non videat ab humana profectum *auja dicitur*? Contra ergo ex diserto Dei Verbo Christiani sentiunt, imo credunt: nullum esse vel tenuissimum, ( si aliquid dici possit tenuissimum ) præceptum, quod non obliget hominem ad sui implementum: & quidem ita ut qui non impleat, damnas fieri.

XIII. Et si iustitiam humanam longe aliam ab illa diuina iustitia omnibus modis perfecta, nemo negat. Sed negamus profecto, illam iustitiam quæ consistit in obedientia legis, esse diuinam illam perfectam perfectionem. Nā hæc absoluta est, nullique externi legi obnoxia: ac proinde immutabilis. Addo, & adeo hac lege solutam, vt quæ prohibentur ista lege, illi sint libera. Multo certè magis quam inter homines Regibus ea ipsa licent, quæ non licent ciuiis: & pater ea liberè vsupat, quorum vñi natis interdixit. Dicam plenus: Hæc esentialis est: nihil habens aut accidentis, aut qualitatis: sed totum quicquid est, esentialis est, deitas est. Quare, et si non poslit Creatura pertingere ad illam immutabilem iustitiam; tamen tenetur adæquare hanc, quæ præscribitur in lege.

XIII. Hoc modo verum, omnium in carne; immo absolute omnium iustorum, esse aliquam quasi imperfectam perfectionem. Nam rū quia quicquid ab essentia recedit, et si sit in suo genere perfectum, tamen comparatum cum essentia imperfectum est. Nulla autem creata iustitia, essentia est; sed essentia vel qualitas, vel opus. Deinde, quia dependet non possunt de perfectione contendere cum suis causis. At iustitia diuina iustitiae creatæ causa est, notwithstanding physica, sed etiam moralis. Quare quoconque eam gradu constitutas, tamen ita erit perfecta, ut in suo tanto genere; ac proinde imperfecte perfecta. Non est autem in suo genere perfecta, nisi ad amissum respondeat sua mortali causæ. Et si ergo concedamus esse aliquam imperfectam perfectionem, tamen non sequitur, non esse legem propositam, ut homines tenerentur eam ad amissum explorare secundum omnes partes eius.

XV. Iam vero, iustorum in carne iustitiam imperfectam, non tantum sic contendimus, ut cedat essentiali: sed etiam ut in suo genere deficiat: nimis igitur inchoata, ut cum longe discesserit ab eorum nequitia, qui manent in sua corruptione naturæ, cum non attigerit tamen suæ perfectionem iustitiae: ac proinde legem præstet tantum ex parte; non vniuersam impletat: ex eo numero finis recesso.

quam sine peccato.

XVI. Vera quidem iustitia: sed non sic tamen, quomodo ignis tam parvus, quam magnus verè ignis, & nanus, tam homo quam gigas. Nam alia est speciei imperfectio, alia partium. Illa in quantitate sola singularum partium, quæ tamen sunt similes perfectis, et si non tantæ: quomodo infans specie perfectus homo, quod omnes omnino partes habeat, quas oportet esse ad componendum suæ speciei indiuiduū: singulas tamē infirmiores, quam pro modo suæ perfectionis. At imperfectio partium in eo sita est, cum non adsint omnes partes necessariae, quomodo corpus humanum brachio mutulum, imperfectius eo cui utrumq; brachium est; nec unquam perfectū esse potest

quantumvis reliquæ partis in se singulæ perficiantur. At iustitia secundū legē non variatur secundū imperfectionem speciei, sed partiū: quæ omnes debent concurre ad totum suum constitendum: ideoq; nunquam iustus erit adulter, etiam si supponas reliquis omnibus mandatis obsequientissimum.

## C A P. XI.

## Neminem esse sine peccato.

I. Hactenus disputata maior est syllogismi. Nunc minor. Et primo in cōmune: Quicunque implet legem, est sine peccato. At nemo hominū est sine peccato, quandiu est in hac vita. Ergo nemo hominum implet legem, quandiu est in hac vita.

II. Assumptum Scriptura disertè probat: probant & multæ Patrum autoritates 1. Ioan. 1. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus, & veritas in nobis non est. Si confitemur peccata nostra, fidélis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra & purget nos ab omni iniuritate. Si dixerimus nos non peccasse, mendacem facimus eum, & sermo eius non est in nobis, Jacob. 3. In multis offendimus omnes. Ecclæsiast. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonū & non peccet. De quibus locis audi Gregorium Magnum super Ezechiel. hom. 22. Quis in hac vita valeat post fidem sine culpa vivere, cum Ioannes dicat, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos seducimus & veritas in nobis non est? Cuius verbis Jacobus concordans ait, In multis offendimus omnes. Et ne de leuiculis, atque vt vocant, venialibus peccatis loquuntur causentur sophistæ: Si, inquit, peccata præterita in fidei perceptione dimissa sunt: & adhuc post fidem ad peccata declinatur, qua nobis erit præsumptio iustitia, qua spes vita & permanentis? Huc quidam referunt illud Proverb. 2.4. Septies in die cadit iustus. Sed hoc manifeste pertinet illa precatiois particula, Dimittit nobis debita nostra, quam omnibus fidelibus dicit aut ipse Dominus.

III. Patres vix alii crebrius personant. Augustinus Epist. 50. Absit, ut quisquam nostrum ita se iustum dicat, ut aut suam iustitiam velit constitutre, id est, quasi à seipso datam, cum dicatur ei, Quid enim habes quod non acceperisti? Aut sine peccato se esse iactare audeat in hac vita. Et paulo post, Nunc ergo in quantum viget in nobis, quod ex Deo nati sumus, ex fide viventes iusti sumus: in quantum autem reliquias mortalitatis ex Adam trahimus, sine peccato non sumus. Epistola 54. Hanc vitam nostram, quantacunque laude commendemus, eam sine peccato esse non dicimus. De Perfectione iustitiae, Aliud est esse sine peccato, quod de solo in hac vita vniogenito dictum est: aliud est sine querela, quod de multis iustis etiam in hac vita dici potuit. De Peccatorum merit. & Remiss. lib. 2. c. 20. Quartum illud tam refutat: utrum qui omnino nullum vñquam peccatum haberet, habiturus sit, non solum qui quam natorum hominum sit, verum etiam potuerit aliquando esse vel posset. Hanc prorsus præter vnum mediatorum Dei & hominum hominem Christum Iesum nullum vel esse, vel fuisse, vel futurum esse, certissimum est.

IV. Hieronymus aduers. Pelagian. lib. 1. Medicina, & fabrica, & artes carere inueniuntur in pluribus: sine peccato autem esse perpetuo, diuinæ solus est protestatio. Itaque aut de exemplum, qui absque peccato fuerit in perpetuum: aut si dare non potes, confitere imbecillitatē tuam: & noli ponere in cœlum os tuū, ut per esse, & esse possit ultorum illudas auribus. Quis enim tibi concedat, posse hominem facere, quod nullus vñquam hominū potuerit? Paulo post. Reservatu igitur hoc, quod fatetur, possebita Deum dedisse mādata, ne ipse autor iniustie sit, si id exigit fieri, quod fieri non potest: nunc illud impli, quod proposueras, posse hominē sine peccato esse si velit: aut enim dabis eos qui potuerunt: aut si nullus potuit, liquido confiteberis hominem in perpetuum vitare peccata non posse. Iterum, Si potest esse homo sine peccato, quod Apostolos non fuisse perspicuum est, posset esse super Apostolos homo: ut taceam de Patriarchis, & Prophetis, quorum in lege nō fuit perfecta iustitia. Rursus, Omnia habere, & nullo indigere, virtutis eius est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuenitus est in ore eius: qui cum malediceretur non malodixit: qui confidenter virtutum conscientia loquebatur, Ecce venit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Lib. 3. Si ostendere poteris, qui inueniā compleverit, tunc poteris demonstrat esse hominem, qui non indiges misericordia Dei.

V. Ambrosius 2. ad Coloss. Impossibile est esse sine peccato. Laetantius lib. 6. cap. 13. Nemo esse sine delicto potest, quamdiu indumento carnis oneratus est: cuius infirmitas tripli modo subiacet dominio pecati factis, dictis, cogitationibus. Nyssenus de Oratione Dominica, ferm. 5. Scriptura dicit, quod non posset inueniri inter homines, qui vnum diem absque macula visuat. Paulo post, Cum vita à nobis in hoc seculo varie multiformiterque exigatur: alia quidem iuxta unum & mentem: alia vero secundum sensus corporis, difficulter, aut etiam omnino fieri non posse arbitrari, ut non cum uno aliqua effectu quis in peccatum labatur, quale quid, exempli gratia, offero in medium. Cum hac vita, qua per corpus frumur, in sensu nostro dividatur, ea vero qua secundum animum exigitur, in mentis impetu, & motu voluntatis consideretur, quis adeo magno atque exesso animo, quis tanta prudentia præditus? quis tanti spiritus est, ut per utramque vita rationem virtutis statim ac malitiam contagionem & inquinationem effugiat?

VI. Cyprianus de Oratione Dominica, Ne quis sibi quasi innocens placeat, cum innocens nemo sit, & se extollendo, plus pereat, instruitur, & docetur peccare se quotidie, dum quotidie pro peccatis inbetur orare. Sic denique & Ioannes in Epistola sua monet & dicit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Ille, quisquis est, Clemens Constitutionū 2. cap. 18. οὐαγέ μετρούσεις πατέρες & γένεσις ἡμάς ἡγείτε, Absque peccato nemo est hominum, excepto eo qui propter nos factus est homo.

VII. Hæc & alia plurima colligi possunt in hanc rem, quæ est apud omnes in confesso, exceptis solis Pelagianis, qui subinde ingrebant, posse hominem esse sine peccato si vellet, quomodo nostri Papistæ, nullo discrimine: nisi quod illi de omnibus dicebant, ac proinde etiam de viribus naturæ: isti vero tantum de renatis, ac proinde gratiam necessariam addunt. At Catholici non tantum denegant omnibus: sed etiam renatis: disertè inquam, renatis, quorum exempla vrgebant, non vires gratia negantes: sic enim confitebantur Deum posse efficere, ut quis esset absque peccato, si vellet: sed agnoscentes naturalem corruptionem; quam nondum abolet gratia in hoc corpore mortis.

VIII. Gregorius de Valentia respondet: huiusmodi omnes sententias intelligendas de peccatis venialibus: Et concedit non posse etiam cum diuina gratia secundum legem ordinariam ita seruari omnia præcepta, ut vitentur quoq; omnia peccata venialia. Responsio igitur est ex distinctione pecca-

torum, ut in syllogismo vera sit maior de peccatis mortalibus: minor autem falsa. At de Venialibus minor vera: major autem falsa.

IX. Sed contra, dico hanc solutionem primo esse inutilem; deinde alienā à vero. Inutilē quidem, primo, quia īā disputata quæstio sit: & probatum, absurdum esse eam distinctionem peccati. Secundo, quia etiam admissa non ledat. Est enim hic Syllogismus ad probandum minorem præcedentis syllogismi: quæ dixit neminem esse, qui implet omnes partes legis: cum posuisset, qui cuncte implet legem, hunc nullam eius partem transgredi. Hoc autem cum plene probatum fuerit in capite præcedenti: Ergo inutilis distinctionē est.

X. Sed hic Bellarminus sophisticatur: dissentiens etiam à Vega concedente peccatum veniale esse propriæ contra legem: & legem dici possibilem, aut impossibilem, secundum plus aut minus: quia seruari possit maiori ex parte. Quæ solutione vidit Bellarminus non posse satisfieri argumento nostro, propter Iacobum, afferentem qui in vno peccet, esse omnium reūm. Hac igitur neglecta solutione, solidam hanc profert, Venialia non esse contra legem: sed præter legem.

XI. Sed huiusmodi sophisma retusum est in controuersia de peccato Veniali. Erper se suam absurditatem ostentat. Est enim apud omnes sanos idem contra legem, quod præter legem: quod facile elicetur ex ea phrasī, quam diximus vñtarislimam, quæ prohibet discedere a lege sive ad dextram, sive ad sinistram. Ducta ab itinere, in quo oppositum illud, quod à termino ad quæ, discedit ad terminum à quo: ut si quis Roma Athenas proficiens ita decipiatur, ut Athenis Romanus eat. At ille nunquam dicetur disflectere ad sinistram, dextramve. Sed ille, qui cum Athenas peteret, Corinthum iter dirigeret sicut. Quod si etiam in lege velit quis pertinaciter distinguere contra & præter: tamen non obtinebit ut non sit vñrumque peccatum: Quia contra legem dicetur, exempli gratia, occidere proximum, quandoquidem hoc direcete veteretur: at qui non amet, præter legem: quia etiā non occidat, tamen non implet, quod lex iubet.

XII. Denique hoc quicquid est distinctionis apud Bellarminum non probauit Bellarmini breuiator. Qui & ad marginem notat, Si vere peccata sunt (venialia) quomodo non contra legem aliquam? Cum peccatum sit prævaricatio legis. Et in contextu, Siue veniale sit supra legem, siue contra, nusquam iustus, dū venialiter peccat, legem dicetur implere. Quo quid nos amplius postulamus? Et sanè aī qui vocabulary ex priuatu particula compositum, id etiam comprehendit quod sit præter legem: non tantum quod contra: nam hoc potius est aī nouia.

XIII. Iam solutionem esse alienam à vero, inde probo: primo quod Patres, cum probant nullum iustum esse absq; peccato, ea exempla adhibent, quæ non possunt intelligi nisi de ijs peccatis, quæ ipsi Papistæ dicunt esse mortalia. Hieronymus 1. aduers. Pelagianos, Quis est, qui non, quasi in pulcro corpore, aut natus, aut verrucam habeat? Si enim ipse Apostolus dicit de Petro, quod non recte pede incesserit in Euangeliū Veritate, & in tantum reprehensibilis fuerit, ut & Barnabas adductus sit in eandem simulationem, quis indignabitur, id sibi denegari, quod princeps Apostolorum non habuit? Idem lib. 2. lobi exemplum postquam prolixè expendit, Ecce, inquit, Iob noster immaculatus, & sine querela, & abstinentia ab omni malo, quali sine iustitia coronatur, ut misericordia Dei indigat. Nimirum quia sibi apud Deum solum silentium restare agnoverat, dicens, Ego autem ad hoc quid respondebo? Manum meam ponam super os meum: semel loquuntur sum, in secundo non addam. Puto autem apud Deum non tantum fore silentium, si venialia tantum essent: aut si non falsum: venialia per se mereri veniam.

XIV. Idem euincunt rationes. Prima. Aut da exemplum, aiebat Hieronymus, qui ab ī que peccato fuerit: aut, si dare non potes, confitere imbecillitatem tuam: id est, te non posse implere legem. Hæc vero aut nihil est aut concludit etiam de peccato mortali: ut, aut da, inquam, qui absq; peccato mortali fuerit: aut confitere imbecillitatem. Secunda: Christus dixit: Ecce venit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Id enim perinde est, ac si dicaret: In quo nullum est peccatum, in eo Diabolus nihil inuenit; sive, ut scripit Iohannes 14. non habet quicquam. Quorsum hoc, si tantum venialia? Nam propter hæc, si credimus Papistis, non inueni homines obnoxij Diabolo. Deniq; negabat Hieronymus, quenquam esse posse, quod non fuerunt Apostoli. At & qui, inquam, non fuerunt Apostoli absque villo peccato mortali: nā Petrus negauit Magistrum: & non incedebat recto pede. Ergo nemo est immunis à peccato non tantum veniali, sed ne mortali quidem.

XV. Breuiator Bellarmini aliter instituit soluere. Impletionem legis, debere referti ad tempus, quo non peccat, sed recte operatur iustus.

XVI. Nimirum, inquam, ex illius admirandæ Dialeticæ prescriptis, quæ iubet dicere, Si dies est, dies est. Nā quū, ipso teste, peccatum sit prævaricatio legis, certè qui nō peccat, non prævaricatur: & qui non prævaricatur, implet. Ac proinde, tam incertum est, te non prævaricari, quam implet. Verumtamen quid frustra contendit? Impletio legis nullo modo censeri potest ex parte, sed ex toto: obligatur enim vñiueria vita, non eius aliquod vnum momētū, & obligatur ad omnia, non ad vnum. Inde Iacobi illud est, omnium esse reūm quo offendit in vno: neque aliter intelligi potest: quia non est reūs homicidij, qui non nisi furtum fecit: sed tantum furti. At reūs est tamen violatæ vñiueriæ eius legis, cuius pars est, Non furaberis: & pars alia, non occides. Vnde sequitur, eum, qui furatur hodie, etiam si heri non fuerit homicida, aut fur, tamen esse prævaricatorem totius legis: ac proinde non esse sine peccato. Similis locus Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniuriam secundum omnes abominationes, quas operari solet impensis, nunquid vñiet? Omnes iustitia eius, quas fecerat, non redibunt in memoriam: in prævaricatione quæ prævaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.

XVII. Instat contra locum Iacobi. Non agimus, inquit, de iusto quem tenus peccat. Qui, malum, vos illi estis, qui non agitis de iusto quem tenus peccat? Aut quid hoc sermonis est? Quæstio enim est, vñrum homo iustus possit esse sine peccato: quasi querere, vñrum homo sanus possit esse sine morbo. Quis iam nescit posse hominem esse sine morbo, si de homine non loquaris, nisi quatenus sanus est? Dicam apertius; Quia iustitia & peccatum ita sunt opposita, ut inuicem interrimant se: si de homine non loquaris, nisi quatenus iustus est: nimis dilute dicas posse esse sine peccato: dicendum enim fuit, omnino non posse habere peccatum. Quod est falsissimum. Ideo illud effugium ineptissimum.

XVIII. Sed

XVIII. Sed tursus. Iacobus non agit de quacunque offensa, sed mortali: subiungit enim peccata mortalia: Non adulterabis, Non occides: tā est, inquam. Itaque verum neminem esse sine peccato mortali. Nam quid alia inde elicias? Aut quis iusit, peccata venialia non esse contra mores? Imo omnino peccatum quis vñquam vilum imaginatus est non morale?

## C A P. XII.

De iustificatione per legem.

I. Rūsus probatur: Quicunque implet legem, iustificare ex lege: At nemo iustificatur ex lege: Ergo nemo implet totam legem. Maior patet, ex legis formula; Qui fecerit ea homo, vivit in eis, ad Galat. 3. Si vis ad vitam ingredi, serua manuata, Matth. 19.

II. Probatuī assumptio. Psalm. 143. Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus 3. ad Roman. Ex operibus legis nulla caro iustificabitur in conspectu tuo. Eodem illud Pauli pertinet 3. ad Galatas. Quorum ex operibus legis sunt, sub execratione sunt. Scriptum est enim, execrabilis quisquis non manserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Nullum autem per legem iustificari apud Deum, manifestum est: siquidem iustus ex fide viuet.

III. Lindanus distinguit iustificationem primam à secunda. De prima, minorem concedit. In iustificatione enim prima, inquit, omnino nihil tribendum est operibus nostris, quasi propter illa iustificemur, aut illorum merito peccatorum remissionem consequimur, sed solis Mediatores Christi meritis fricti. Sed de secunda maiorem concedit, minorem negat: Nam in iustificatione secunda multo secus se rem habere, iuxta illud Apocalypses, qui iustus est, iustificetur adhuc.

IV. Locos autem qui negant iustificari hominem ex lege, de hac vita dictos esse, vt sensus fit, nullum hominem in conspectu Dei iustum esse iustitia illa perfecta, quæ vt Dei est, ita hominum hac in vita non est. Et testes citat Augustinum lib. de Perfectione iustitiae: Hieronymum lib. 1. contra Pelagianos, & Hierem. 13.

V. Sed peccat Lindanus, prima enim iustificatio, ex Papistarum sententia, pertinet ad eum qui ex nondum seruo, sit seruus Dei: quod cum factus est, tunc incipit secunda. At iustificari coram Deo pertinet ad vñuerum humana salutis cursum, donec ad coronam sit peruentum. Itaque, cum negatur ex lege iustificari quisquam, id pertinet ad utramque illam iustificationem. Id pater ex Davide, qui precatur, ne secum Deus intret in iudicium. Se autem appellat seruum, vt denotet conditionem presentem, non autem præteritam. Quid Augustinus ponderauit, Bene cum seruo tuo. Indignum est tibi cum seruo tuo intrare in iudicium, nec quidem cum amico tuo. Itaque sensus est, deprecari Davide, sibi obici in iudicio diuino vitam suam: suam, inquam, non aliquam præteritam, ante quam regenitus es, sed illam omnem, quæ erat acta, ad id usque temporis. Generale igitur axioma ita applicandum, vt non possit quisquam iustus censeri apud Deum, non tantum ex operibus in iniudicitate, sed ne quidem ex operibus post regenerationem, & fidei profensionem.

VI. Augustinus, Omnino omnis homo viuens: nempe significans axioma esse vñuerale, & absque exceptione. Sed statim, Quid ipsi arietes, quid ipsi Apostoli, de quorum prole dicitur, Afferre Domino filios arietum? Ex his Paulus est, qui dicit non se esse perfectum. Non quia iam accepimus, aut iam perfectus sum. Denique fratres, vt cito agnoscatis, ipsi didicerunt orare, quod oramus: ipsi data est regula postulandi à iurisperito ea lexi. Sic orate, inquit. Et cum quadam premissis, posuit & hoc, ut dicentes arietes noskri, duces ouium, & principia membrorum pastorum, & congregatoriis unius gregis: ipsi didicerunt dicere, Dime nobis debita nostra. Et post, Orabant vtique iam fideles, iam Apostoli: nam ista oratio Dominicæ magis fidelibus datur. Si debita illa tantummodo dicentur, quæ per baptismum dimittuntur: catechumenis congrueret magis orare, Dime nobis debita nostra. Idem de Tempore serm. 49. Quid est, Non intres in iudicium cum seruo tuo: Non stes mecum in iudicio, exigendo à me omnia quæ præcepisti, & omnia quæ iustifi: nam me inuenies reum, si in iudicium intraueris meum.

VII. Optime. Nota primo loqui de se Prophetam, quum esset seruus Dei: quomodo Paulus se agnoscebat imperfectum, post vocationem suam non tantum ac fidem, sed etiam ad Apostolatum. Nota secundo, referri eo petitionem orationis Dominicæ: quam ne ipsi quidem Papistæ negant pertinere ad quotidiana delicta. Hinc autem quis non videt consciencia hoc ipsum quod dicitur, non iustificari quemquam apud Deum, intelligendum non tantum de prima iustificatione, sed etiam de secunda?

VIII. Nota tertio, causam propter quam nolit Prophetæ secum venire Deum in iudicium, hanc esse, quod reus sit non præstitorum eorum quæ iusta sunt, & præcepta. Vnde habes naturam peccatorum, quæ admittuntur à regenit, nimis ut sint ex prævaricatione legis, ac proinde non leuicula nelcio quæ macula, & vt appellat Lindanus, nelcio quæ vitiola. Carthusianus, Ad literam dixit hoc David pro se: Persecutionem enim filij sui patiebatur propter adulterium suum cum Bersabea, homicidiumq. Vrii, & sicut Natan Propheta sibi predixit, secundum rigorem vero diuina iustitia, meruit mortem propter utrumq. lex namq. tā adulterium, quæ homicidium vñscitur morte. Iansenius, Pro hac, inquam, tā iustitia exaudi me, & ne contendas iudicium cum seruo tuo, summo iure me um. agendo. Nam si iuiciuin nobiscum intrer velis, non ego solus sed nullus omnino super terrā viuens, quantumvis apud homines iustus & irreprehensibilis, iustus deprehendetur apud te, cum nullus sit, in quo non multa reprehendere possis, & multo plura exigere, quam præstiterit.

IX. Vera est igitur assumptio syllogismi, intellecta de secunda iustificatione: quod noluit Lindanus. Sed quid sibi vult, cum virget locos confirmantes minorē intelligendos de iustitia in hac vita? Nam hoc quidem nos volumus; & virginem etiam. Contentimus item nullum hominem iustum esse iustitia illa perfecta, quæ Dei est. Sed quid ad rem? Nam ne in futuro quidem seculo hoc modo futuri sunt iusti vili? Tum autem quia iustitia Deus iustus est, ea non est ex implemento legis, sed esentialis. Itaq; omnino alia perfectio intelligenda, nimis quæ esse debet hominis: at esse non potest peccatoris, quandiu hanc vitam viuit: tum tamen futura fidelis anima, cum hanc vitam vixerit. Quæ perfectio ideo nunc non est, quia non potest consistere cum vilo peccato. Ut certissimum sit argumentum peccati, si quis negetur ita esse perfectus.

X. Testes habeo etiam Papistas: Iansenius: Ut intelligatur quomodo hac

Prophetæ sententia non contrarietur alijs Scripturæ locis oppositiū afferentibus secundum apparentiam: ut præter alia, dum dicit Paulus, Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur: aduentum est hunc locum posse in Catholicos sensu duplum intelligi. Primum ut sit ius: non iustificabitur in conspectu tuo id est, si ad summam tuam iustitiam comparetur, ut iuxta eam exquiratur. Et hæc quidem Lindani solutio erat, sed audi iudicium Iansenii: Verum hic sensus acuto lectori fortasse proposito Prophetæ conuenire non videbitur. Satin clarè conuenit per Rheticam addubitationem. Itaque statim. Proinde dicendum, non simpliciter intelligendum quod dicit, non iustificatur coram te omnis homo, sed cum conditione, quæ petenda est ē præcedenti parte. Non enim dicit, Non iustificabitur omnis homo cora te: sed, Non iustificabitur, scilicet cum ipso volueris in iudicium venire. Sicut enim dicitur, is in iudicio, quod est illi cum altero, non iustificari, qui ab illo in multis iuste accusari potest, quæ alius refellere nequit: ita & Deo nobiscum expostulante, vel nobis ipsis iniuriosus inueniatur non esse iusti. Nam præter ea debita gratitudinis, quæ Deo nemo sat is solvere potest, etiam ea debita, ad quæ precepto diuino obligamus, nemo est quippe ne faciat: sed Deo expostulante omnes inuenientur fecisse multa, quæ facta non oportuit: & rursum multa non fecisse, quæ facta oportuit. Carthusianus, Sed si haec ita se habent, quid est, quod Ezechias, Ieremias, Ester, Iudith, &c. alij multi leguntur suas coram Deo iustitas atque perfectiones præcipias allegasse? Et respondendum, quod non simpliciter, sed humano modo se iustos dixerunt, scientes utiq. quod omnes eorum iustitia essent coram Deo sicut pannus membruata. Quinimo ipse Dominicus à Soto, hinc haberi dicit, quod nulla persona iusta ita iustificabitur in conspectu diuina maiestatis, in qua ipse quem nullum latet secretum, non videat multa opera mala, quæ nobis sunt abscondita.

XI. Nec vero alia mens fuit illis ipsis Augustino & Hieronymo, quos pro se Lindanus laudat. Nam hos scimus, & antea vidimus perfectam futuræ virtutæ iustitiam distinguentes ab huius vita imperfectione, non ex comparatione diuina iustitiae, quæ in nulla esse potest creatura: sed ex reliquis peccati, quæ in futura nulla esse non possunt.

XII. Imo Hieronymus eo ipso libro primo contra Pelagianos, hereticis tribuit illam interpretationem, quæ dicebat in eo Psalme neminem iustum pronunciari comparare ad iustitiam Dei. Verba recognoscere. Quod testimoniū sub nomine pietatis nostra argumentatione deludunt. Aliunt enim ad comparationem Dei nullum esse perfectum, quasi Scriptura hoc dixerit. Sic illi, at Hieronymus ipse, Quando dicit, in conspectu tuo hoc intelligi vult, quod etiam qui hominibus sancti videntur, Dei scientia atq; notitiae nequaquam sancti sunt, hoc enim videt in facie, Deus autem in corde.

XIII. Est igitur illa Propheta mens genuina, neminem vñquam futurum tam iustum, vt non apud Deum reus inueniatur multorum peccatorum: quod nos volumus. Et miramur eorum vanitatem, qui quasi nodum in seipo querentes, non possunt hanc simplicitati acquiescere. Est forte, inquit Dominicus à Soto, & sensus alius Augustini in narratione eiusdem Psalmi: nempe quod non potest homo iustificari in conspectu Dei, sicuti cum altero homine: nam inter homines potest quis prius mereri mercedem, vt proprio iure cam reposcat; sed respectu Dei noa ita: quia nullus prior dedit ei. Cuius tamen somnij apud Augustinum ne tenuissima quidem vestigia sunt. Cum autem temere litigauerit, nullo autore, nulla ratione, quem moueat?

XIV. Bellarminus hunc ipsum locum in Commentariis explicans, visus est sibi subtilius agere. Viuentes distribuit in tres ordines, peccatorum, iustorum in via, iustorum in patria, Peccatores ut homicidas, posse quidem iustificari apud homines, at non apud Deum. Iustos in via, non iustificari Deum, tum quia comparatione puritatis diuinae, omnis aliorum iustitia iniustitia esse videatur.

XV. Sed haec utilitas infelix fuit. Nam primo, omnis viuens, complectitur eos dumtaxat, qui hanc vitam degunt in carne. Vnde Paulus sensum exprimens dixit, Ex operibus legis nulla caro iustificabitur. Tum Augustinus dicit, Omnis viuens, hic utique viuens, in carne viuens, natus homo ex hominibus, viuens de Adam, Adam viuens. Omnis ita viuens, iustificari forte potest coram se, non coram te. Nec alter annotauit Emmanuel Sa, Viuens, scilicet in carne mortali, & ante eum Lombardus, Viuens hic in carne.

XVI. Superfuit ergo tantum duo priora membra: quamquam primum non debuit notari: quod nihil ad rem Prophetæ: qui in ijs nullus erat: sed inter iustos in via, quam ob causam se ille seruum profitetur, quod epitheton non conuenit in peccatores illos, qui non sunt in iustitia. Itaque Augustinus, vt diximus in eo vim facit, & illustrat comparatione Apostolorum, & omnium baptizatorum. Quare vis verborum Prophetæ in eo est, vt deprecetur severitatem iudicii diuini: quia certum sit nullum in via iustum futurum, qui apud Deum iustificandus sit.

XVII. Sed illud quantum, quæso, monstrum est, non iustificabuntur, non audiebunt se iustificare? Quasi nihil cogitaret David, ultra conscientia propria testimonium, & non præcipue malestam æterni iudicis. Nam quid ergo illud est: Ne intres cum seruo tuo in iudicium? Quod eodem video perperam intellectum ab Augustino & Gregorio, de iis, qui intrant in iudicium, cum Deo, suam volentes staruere iustitiam, profidentes fecisse quod carenti, quasi Prophetæ dixisset, Non intrem tecum in iudicium: & non contra, ne intres in iudicium cum seruo tuo. Sed vt vt sit, hi tamen non ita infamūt, vt aucti sint tam fœdè luxare vim verborum: & dicentes non audere se iustificare, ne fortasse aliquid videret Deus, quod ipsi non viderent. Imo, ponunt potius pro certo non posse se quemquam iustificare: quia pro certo inueniuntur sit in eis Deus peccata.

XVIII. Illud, quia agnoscenti iustitiam non suam esse, sed donatam, est non minus ineptum. Nam & Paulus hanc stabilit doctrinam, super hoc fundamento, quod obnoxium factum sit omnino condamnationi Dei: & per legem sit agnitus peccati. Patres etiam causam redditum, quod nullus sit immunis à peccato: ideoque debeat se peccatores confiteri. Quod sane longe plus est, quam iustitiam in se agnoscerre non suam, sed donatam.

XIX. Supereft ergo sola causa legitima, quia non parent peccatis. Nam, quod venialibus, addit Bellarminus, nihil me mouet: cum fuerit iam cumulate excusum.

XX. Sed

X. Sed  
tum ad noſ  
pla re ſa  
Pſalmum, tu  
gymno ad C  
Et Hilario, H  
polite iterur

XXI. T  
ominandis.  
inferunt ha  
ridiculum, n  
cum, non ad  
acribum, tun  
ret illi etiam  
Phariseos, qui

XXII. Ne  
comparatio a  
geno homo  
indicari nos fe  
tiam postulab  
tui dolor, cui  
znam corp  
quidam gra  
dictur, samq  
na, que hot  
caferex celo

XXIII. E  
tum non om  
intidoto, ad  
aliquem inue  
Scriptum est,  
ergo, quicunq  
detexcere  
anathemate  
nam: Quicu  
retotam legi  
fiscari.

XXIV. Hi  
Quia conclu  
Calumna, legi  
XXV. Sed  
nemelle co  
de calteram  
legi iustifica  
caullum neg  
tibone, que  
sed quod ex  
sacerdoti, quan  
ga, volunt in  
malditione  
in illi nulli f  
us præscripti  
Domine, pro  
magnum cito

XXVI. I  
mino, & Va  
cunmo fai  
am hunc fe  
fur probant  
tem quia ope  
gyn qui ca  
traham.

XXVII. V  
tam Calu  
ficiens est:  
non hoc mode  
picias testimo  
di utrumq. in  
pleri, unde C  
tus in eo lab  
pa, qui in  
valere imples  
vixit qm p  
tradicere fuit  
deter in pr  
m, inquis  
retransgre  
m, rit in e  
pum eff in D  
reter. Et tan  
as sunt: que  
tum. His

XXVIII. Po  
facto

XX. Sed huic tamen subtilitati non putauit Bellarminus satis esse vi-  
rium ad nostri argumenti solutionem. Itaque ex Patribus selegit ea i-  
p̄ia φαθα ϕίρμων, quæ iam ab aliis audiuimus. Ex Augustino in hunc  
Psalmum, iustitiam donaram. Ex eodem in de Perfectione Iustitæ, Hiero-  
nymo ad Cresiphontem, Gregorio in ipsum Psalmum, peccata venialia.  
Ex Hilario, Hieronymo, Arnobio in Psalmum, Bernardo sermone quinto  
de Verbis Esaïæ, comparationem ad Deum. De quibus nihil est necesse  
prolixiterum dicere.

**XXI.** Tantum obseruo Iesuitæ subflestatam fidem, in istis autoribus nominandis. Nam Augustini illud non est, de donata iustitia: Neque id inferunt haec verba quibus Sophista abutitur *Qui cum illo volunt intrare in iudicium, nisi qui ignorantes Dei iustitiam, suam volunt constituerent?* Dicunt enim, non ad explicandum illud, *Non iustificabitur omnis viiens, sed alterum membrum, Ne intres in iudicium cum seruo tuo.* Nam haec cum exponit Augustinus, tum omnino imperfectionem iustitiae constituit in peccatis. Et vero illi etiam suam constituant iustitiam, qui donata fatentur: teste illo Pharisæo; qui gratias agebat Deo, quod non esset similis publicano.

XXII. Ne illud quidem de venialibus verum ante ostendimus. Sed & illa comparatio ad Deum ita explicanda est, ut haec inaequalitas inde sit: quod nemo homo sit, qui non peccet. Perspicuum ex Hilario, *Quid enim spei est, si indicari nos secundum se Deus velit: si ad comparationem sui vita nostra innocentiam postulabit? Injustificari autem in conspectu Dei quis viventium potest: cui tristitia, cui dolor, cui cupiditas, cui ignoratio, cui oblitio, cui casus, cui necessitas, vel per naturam corporis, vel per motum animae semper fluctuantis, admixta sint? Cui ergo quotidie grauissimus hostis imminentia, diabolus videlicet, anima & viri fidelis insidiatur, eamque ad interitum persequens?* Haec vero quid significant, nisi peccata, quæ horum omnium suat consequentia? Itaque debet illa comparatio censeri ex celeberrimo illo axiome, Deum solum esse ~~utrumque~~ ~~utrumque~~ et.

**XXIII.** Et de isto quidem loco haec tenus. Alterum ex 3. ad Galatas intatulum non omiserunt Bellarminus & Bicanus. Vim argumenti Caluinus in Antidoto, ad Sessionem sextam, expresserat in hunc modum: Si possibile sit aliquem inueniri, qui legem implat, euanescet illud Pauli argumentum, *Scriptum est, maledictus omnis, qui non permanferit in omnibus quae scripta sunt*: ergo, quicunque sunt sub lege, maledictioni sunt obnoxii. Promptum enim est et excipere: legem posse impleri. Sed Apostolus pro confessio sumit, quod anathemate isti damnant. Hanc vim satis commode Bicanus redigit in formam: *Quicumque non seruat legem, est maledictus: At nemo potest seruare totam legem: ergo maledictus omnis qui ex observatione legis vult iustificari.*

XCVI. Hic duo reprehendit Becaqus. Primo argumentationis formam.  
Quia conclusio debuerit esse : Ergo omnes sunt maledicti, ac præcipue  
Caluinistar. Non autem quicunque volunt iustificari ex obseruatione  
legis.

XXV. Sed Sophista nimis subtiliter aucupatur syllabus. Fateor illam directam esse conclusionem ex praecedentibus terminis erutam. Sed addo ab ea alteram sequi: Nam, si omnes maledicti: ergo etiam ij, qui ex operibus legis iustificari volent. Itaque Bellarminus, Beccano longe iudicior, hoc euallum neglexit. Porro obiter, illud *Maledictus est*, intelligendum non absolute, quasi *nām tō jn̄tōr nēmo* non implens legem, non maledicatur: sed quod expresscripto legis nemo non sit maledicendus, sive mereatus maledici, id est, reduplicatiue, vroquuntur Scholz. Ut nullus cœcūs vide scilicet, quatenus cœcūs. Nam quia, qui volunt iustificari ex impletione legis, volunt iidem iustificari ex prescripto legis: sequitur hos omnes esse sub maledictione: quod vult Paulus. Atqui quos Loyolites Caluinistas vocat, in illis nulli sunt, quia enim sciunt se non implere legem: ideo nolunt ex eius prescripto iudicari, id est iustificari per eius impletionem: sed dicunt Domine, propitius esto nobis peccatoribus. Nec Loyolitis inuident illud magnificum: Agimus tibi gratias, quod non simus, sicut isti Caluinistæ.

X X V I . In altero reprehensionis capite, Becano conuenit cum Bellarmino , & Vasque circa Syllogismi assumptionem, quam ita restituunt, At qui nemo suis viribus, sine fide & gratia, seruare potest totam legem. *Esse enim hunc sensum verborum, Qui ex operibus legis sunt, sub maledictione sunt, probant: quia ad Romanos secundo Factores legis iustificabunur.* Item, quia opera legis opponantur fidei: ac proinde, qui sunt ex operibus legis, iis qui ex fide: at de his dictum, *Qui sunt ex fide, benedicentur cum fideli Abraham.*

**XXVII.** Sed facile vident omnes, nihil istos nisi abuti lectorum pati-  
entia. Veteres, in hoc eodem loco, hanc eandem minorem intellexerunt,  
quam Caluinus. Chrysostomus, In lege autem neminem iustificari cuius per-  
spicuum est: omnes enim peccaverunt. & exsecrationi sunt obnoxij. Ve-  
rum hoc modo non loquitur, ne videatur ipse ex se pronunciare: sed iterum idem  
probat testimonio breuiter utrumque complemente: καὶ ὅτι νόμος οὐδεὶς εἰσηγω  
διὸ οὐκ εἴπερ τί πεινάει τούτου, καὶ ὅτι πάντες δικαιοῦνται: alterum: quod nullus legem im-  
plerit; unde & exsecrationi erant obnoxij: alterum, quod fides iustificet. Occume-  
nius in eo laborat, ut probet obnoxios esse maledictioni, οἱ μαρτυροῦσι τὸ νό-  
μον, eos, qui infestant legi. Quomodo? οὐδεὶς, Φοντι, μαρτυρεῖ τὸν νόμον. Quia  
nullus implerit legem: propterea exsecrabiles. Et post, Διά τοι τὸν οὐκ εἰπανταχει-  
τον οἱ μαρτυροῦσι τὸν νόμον, Διά τοι μητρὸν τὸν νόμον τὸν νόμον: hanc ob causam exse-  
crabiles sunt qui herent legi, quod non possint implere legem Theophylactus.  
Aperit in presentiarum Apostolus, quemadmodum constat fidem benedicendi &  
iustificandi de se munus praestare, legem peccati causam esse, & malum dicti. Nemo  
enim, inquit, facere potest, qui sunt hac lege conscripta: qui vero ea non fecerit;  
exsecrationi est obnoxius. Ambrosius, Nam qui sub lege sunt, sub maledicto sunt;  
quia transgressores legis sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non per-  
manserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis huius, ut faciat ea. Hoc scri-  
ptum est in Deuteronomio, qui a si quid legis praterisset aliquis, maledictus habe-  
retur. Et tanta mandata sunt, ut impossibile sit eas seruari. Sedulius, Sub maledi-  
cto sunt: quia ita proualuit consuetudo peccandi, ut nemo iam perficiat le-  
gem. His autoribus quid obstat, quominus securus esse potuerit Cal-  
uinus.

**XVIII.** Sed factores legis iustificabuntur. Ita est inquam, si supponas factores esse. Ita enim postulabat oppositio, *Non qui legē audirent, iusti-*

*Sunt apud Deum, sed qui legem praesant instificabuntur. Et quid optis erat  
quaeso, ad Romanos ire tam procul, quem apud ipsos Galatas inuenias,  
Qui fecerit ea homo, vivet in ipsis? Sed, quam id vim habet, ut probet, eos  
qui ex operibus legis intelligendos, qui putant se sois suis viribus implere  
posse? Ego quidem non video: & nolim Sophistas alibi & in rebus mino-  
ris momenti tam Asiaticos, hic tam fuisse Lacones.*

**XXIX.** Ne illud quidem ignoto, iis, qui sunt ex operibus legis, eos, qui sunt ex fide. Sed nego rursus videre, quem inde consequentia efficiat, illos ex operibus legis, non alios esse, quam qui suis viribus consti-  
dunt. Et interea iubeo obseruari, opponi quidem saepe eos, qui ex fide, iis, qui ex operibus legis: sed nunquam eos qui ex operibus fidei: ut sciant si-  
dem in hoc arguento opponi operibus: non autem opera operibus.

C A P. XIII.

*Quid prohibeatur per mandatum, Non concupisces.*

I. **T**erum probatur neminem esse in hac vita, qui nullam legis partem transgredietur. Nam quicunque male concupiscit, transgreditur aliquid legis partem. At omnes renati, dum sunt in hac vita male concupiscent. Ergo omnes renati, dum sunt in hac vita, transgrediuntur aliquam partem legis Dci.

II. Probatur minor ex Paulo ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus Spiritum: Spiritus autem aduersus carnem. Quæ verba describunt conditionem omnium renatorum, tanquam axiomate vniuersali. Quod ipsum confirmatur eiusdem exemplo Pauli. Nam certe si quisquam fuit immunis à concupiscentia, is Paulus fuit: aut, si non fuit, nemo fuit. Audi ergo ad Roman. 7. Comperio mihi volenti facere bonum, hanc legem impositam esse, quod mihi malum adiaceat. Delector enim lege Dei, quod ad interiorē hominē: sed video aliam legē in membris meis rebellantem legi mentis mea, & captiuū reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis. Misericordia homo, quis me liberabit ex isto corpore mortis? His possū addere infinita Patriū testimonia, sed quid opus est? Nam ne Papistæ quidem negant. Vnum satis esto ab Augustino 5. cont. Julian. 5. Dum hic vivimus, ubi caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem, quantumlibet in isto conflictū superiores simus, nec membra nostra exhibeamus arma iniquitatis peccato, obedientes desideriis eius: tamen, ut taceam de corporeis sensibus, & in rebus, quibus licite utimur, surrepensis voluptatis excessibus: in ipsis certe cogitationis motibus & affectibus, si dixerimus quia peccatum non habemus nos ictos seducimus, & ueritas in nobis non est.*

*tum non habemus, nos etiже scimus, & Christus in nobis non est.*

III. Probatur maior, quia mandatum illud, *Non concupiscas*, unum est ex mandatis legis. Et tale quidem mandatum, ut ab eo Paulus proberet axioma vniuersale, cognitorem peccati esse per legem. Ad Roman. 7. *Peccatum non cognovi nisi per legem: nam etiam cupidiatem non nossem, nisi lex dixisset Non concupiscas. Sed & Christus diserte edixit, Matth. 5. Quicunque aspicat mulierem, ut eam concupiseat, iam adulterauit eam in corde suo. Quis nege concupiscentiam diserte prohibitat? Et quidem Augustinus de Perfectione*

ne iustitiae, *Concupiscentia*, inquit, *qua non frenari, si domino esset non debet*.  
IV. Sed aduersarii negant minorem: Alphonsus de Castro reddit rationem: *Quoniam cum talis concupiscentia in omnibus hominibus inueniatur, nullus huiusmodi praeceptum seruasset. At David custodivit omnia mandata, ideoque etiam istud.*

V. Explicat igitur, non esse sensum, ne insit concupiscentia: sed vt ne regnet; ac proinde non esse peccatum Salmero: non est sensus, non habeas somitem: quia hoc perinde est impossibile, ac si præcipiteretur, Noli habere nasum. Neque rursus: Noli habere primos concupiscentia motus, qui rationem præueniunt: quandoquidem hi dormientibus insunt, & sœpe contra rationem, & sensum prodeunt. Sed esse sensum, Ne acquiescas motibus concupiscentiæ: nec cede carni ad peccatum pellicienti. Ad Galat. 5. Spiritu ambulate, & desid. via carnis non persi ieris. Ad Roman. 6. Non regne peccatum in vestro mortali corpore, ut obidiatis concupiscentiis eius. Ecclesiast 18 Post concupiscentias tuas non eas.

VI. Sed nihil esset lege facilius, nihil vilius iustitia etiam perfecta; si legis interpretatio, &c, ut loquuntur, restrictio, permitteretur peccatoribus hi enim, ut sibi semper indulgent, obedientiam legis metietur suis viribus ideoque, qui se sentient non exactos ad eius præscriptum, mollient, infleantque, ut habeant sibi cōmodam Lesbiam regulam. Sic Lacedæmon interrogati de furto, sine dubio distinxissent à solertia: quia id moris esse apud eos, ut adolescentes in furto non solentes plecterentur. Romani de homicidio responsuri, cuium cædem damnarent; at gladiatorum laudarent: quomodo iampridem nostri in Gallia nobiles, quantum oderunt eum qui per proditionem trucidar inimicum, tantum laudent qui in duello obtruncant. Imo Paulus sine dubio, cum testatur se non cognouisse cōcupiscentiam, nisi per legem; significat se, si consultus olim fuisset, responsum, Furtum esse peccatum in opere, at non in cogitatione: quam fuisse Iudæorum sententiam testatur alicubi Iosephus. Christus etiam ostendit Pharisæis familiares fuisse huiusmodi distinctiones, per quas solerent se reis r̄tū cōrāli & Θεū, irritum facere mandatum Dei, Marci 7. Eo ipso docens nos, quid de nostrorum Papistarum sophismatis debeat pronuntiare.

VII. Sed quid hoc sit rei videamus tamen. Negant, quicunque male  
cōcupiscunt, transgredi mandatum, hoc argumento: quia nullus vnguā  
hoc praeceptum seruasset. Egregie. Quasi ego negarem media nocte tene-  
bras esse: quia sequeretur noctem non esse diem. Quis vidit vnguā tam  
fēdum repetiti principii exemplum? Quod addit de Davide, fuit antea  
explicatum. Et vero, quis mirabitur Davide non caruisse concupiscentia  
mala; qui negare non possit adulterii, homicidique reum? Et hunc  
quisquam contendet omnino, & per singulas partes impletissē lēgem? Non  
cerre sanus.

VIII. Non significatur, inquit, ne sit concupiscentia: sed ne regnet  
Quid? sunt-ne igitur hæc repugnantia, ut non possint simul prohiberi?  
Nos quidem non censemus: sed subordinata ponimus: Quomodo si bor-

dati sunt ad peccandum gradus. Itaque non tantum prohiberi ne concupiscentia regnet, sed omnino ne sit. Quid disertis verbis didicimus ab Augustino, quæ reperio, ut aliquid possint Sophistæ concipere, Concupiscentia non frenari, (& frenari est non regnare) sed omnino esse non debet. Adde, ex de Nupt. & Concupiscent. libr. i. c. 29. Multum boni facit, qui facit quod scriptum est, post concupiscentias tuas non eas: sed non perficit, quia non implet quod scriptum est. Non concupisca. Adde rursus quod paulo ante recitat ex quanto contra Iuliannum: non esse cogitationes nostras sine peccato, quantumvis in iusta carnis superiores siamus, nec præbeamus membra nostra peccato. Poterunt ne tandem nostri Sophistæ audire, poterunt ne concedere & eo præcepto iuberi ut ne sit omnino hæc concupiscentia, & donec id fiat, non impleri præceptum, quantumvis non eat quis post suas concupiscentias? Quod si est, prorsus nos obtinuimus quod queremus.

IX. Itaque securi nasum irridemus Salmetonis, tam *μετανοεύσης*, ut non viderit, naturam esse longe aliam nasi & concupiscentiæ. Cum ille corporis pars sit, inde à prima origine: hæc vero animæ vitium corruptio ne superueniente primæ origini. Ille non tantum nullus esse, sed ne refrænari quidem debeat: Hæc contra non tam frenari, quam omnino non esse: quomodo etiæ tandem non erit: cum tamen nasus non deerit cuiquam. Motus item dormientium, si veniant à concupiscentia, non dubitamus esse peccata: Ideoque etiam omnes illos primos, qui præueniunt rationem: imo prodeunt contra rationem & sensum: nam hac ipsa rebellio est, propter quam Augustinus pronunciat, non esse sine peccato eos motus.

## C A P. XIV.

De Amore Dei &amp; proximi.

I. **Q**uisquis totam Dei legem implet, amat Deum toto corde, tota anima, totis virtibus, & proximum sicut seipsum. At hoc nemo facit in hac vita. Ergo neque illud. Maior per se est perspicua: Nam hæc est, non pars, sed summa legis: Matth. 22. Magister, quod est mandatum magnum l'gia? Iesu autem dixit ei, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Istud est primum & magnum mandatum. Secundum autem simile est huic, Diliges proximum tuum ut te ipsum. Ab istis duobus mandatis tota lex & Prophetæ pendent. Lucas decimo, Magister, quid faciendo vitam eternam possebo? At ille dixit ei, In Lege quid scriptum est: quomodo legis? Ille vero respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: & proximum ut te ipsum. Tum ipse dixit ei, Reponde respondesti, hoc fac & vivas. Augustin. Epistola vigilia nona, Charitas, quamdiu augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet, ex virtute est. Ex quo virtus non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccat: ex quo virtus, non iustificabitur in conspectu Dei omnis viviens: propter quod virtus si dixerimus, quod peccatum non habemus, nosmetipso seducimus. De Perfectione Iustitiae, responso decimoquinto, Peccatum est, cum vel non est charitas, qua esse debet, vel minor est quam debet, siue hoc voluntate vitari possit, siue non possit.

II. In assumpto est *τόκεται πρόποντος*. Probatur ex Augustino, de Spiritu & litera, capite trigessimo sexto, Sed fortasse quispam putauerit nihil nobis deesse ad cognitionem Iustitiae, quod Dominus verbum consummans & breuians super terram, dixit, in duobus præcepis totam legem Prophetasque penderit, nec ea tacuit, sed verbis aperiissimis promisit: Diliges, inquit, Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Quid verius, his impletis impletum omnem iustitiam? Veruntamen qui hoc attendit, etiam illud attendat, quam in multis offendimus omnes, dum putamus Deo, quem diligimus placere, vel non displace quod facimus: & ostea per Scripturam eius, siue certa & eripit ratione commoniti, cum diuidicerimus, quod ei non placet, pœnitendo deprecamur ut ignoscat. Plena humana vita est documentis talibus. Vnde autem minus nouimus quia et placeat, nisi quia & ipse minus, notus est nobis? Videmus enim nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Quis vero existimare audeat, cum eo ventum fuerit, quod ait. Ut cognoscam, sicut & cognitus sum, tantam Dei dilectionem fore contemplatoribus eius, quam & fideliibus nunc est? aut illo modo hanc illi tanquam de proximo comparandam? Porro, si quanto maior notitia, tanto erit maior dilectio: profecto nunc, quantum deest dilectioni, tantum nunc perficienda iustitia deesse credendum est. Si ritenim aliiquid vel credi, & tamen non diligi potest: diligi autem quod neque scitur, neq; creditur, non potest. At si credendo ad tantam dilectionem sancti peruenire poterunt, quæ certe maiorem in hac vita esse non posse. Dominus n'se testatus est, ut animam suam profide & pro fratribus ponenter: cum ab hac peregrinatione, in qua per fidem nunc ambulatur, peruentum erit, ad speciem, quam nondum visam speramus, & per patientiam expectamus, preculdubio, & ipsa dilectio, non solum suarum hic habemus, sed longe supra quam petimus, & supra quam intelligimus, erit: nec ideo tamen plus esse poterit, quam ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, neque enim restat in nobis aliquid, quod addi possit ad totum, quia, irrestitabit aliquid, illud non erit totum. Proinde hoc erit primum præceptum iustitiae, quo iubemur diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: cui est de proximo diligendo alterum consequens, quod in illa vita complebitur, cum videbimus facie ad faciem. Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, ut admonemur, quid fide exposcerit, quo siem premittere, & obliuiscendo quæ retrofuerint, quæ anteriora nos extenderent de beatis. At per hoc quantum mihi videtur, in ea, quæ perficienda est, iustitia multum in hac vita ille profecit, qui quam longe sit à perfectione iustitiae perficiendo cognovit. Et paulo post, Ad illam vitam immortalem pertinet, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, ad hanc autem, non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obedientium desideriis eius.

III. Idem de Perfectione Iustitiae ad rationationem decimam septimam, In plenitudine charitatis præceptum illud impletur, Diliges Domi-

num Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Nam, cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentia, quod vel continet, non omnino ex tota anima diligitur Deus. Non enim caro, sine anima concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter anima concupiscit. Tunc erit iustus sine ulla omnino peccato, quia nulla lex erit in membris eius repugnans legi mentis eius: sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diligit Deum, quod est primum summumque præceptum. Cur ergo non præcipiteret homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte currit, si, quo currendum est, nesciarur: quomodo autem sciaret, si nullus præceptio ostendereatur? Bernardus in Canticum sermonem quinquagesimo. Si placet tibi magis de affectuali charitate datum fuisse mandatum, non inde contendo, dummodo acquiescas, & tu mibi quod minime in vita ista ab aliquo hominum possit vel poterit adimpleri. Quis enim sibi arrogare id audeat, quod Paulus ipse facietur non comprehendisse? Nec latuit præceptorem: præcepti pondus hominum excedere vires: sed indicauit usque ex hoc ipso suis illis insufficientia admoneri, & ut scirent sane, ad quem iustitia finem nitit pro viribus oportet. Ergo mandando impossibilia, non prauricatores homines fecit, sed humiles, ut omnes obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Acci: ientes qui pe mandatum, & sentientes defectum clamabimus in cælum, & miserebitur nostri Deus: & sciemus in illa die, quia non ex operibus iustitia que fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

IV. Magnum hoc, & ineuitabile telum est. Senferunt aduersarij momentum. Itaque omnem mouent lapidem, ut eludent. Bellarmino de Monachis libro 2. cap. 13. Gregorius de Valencia in Thomæ summam 2. tom. disputat. 7. quæst. 6. puncto 4. Et in 22. Matthæi, Maldonatus, Barradas, Salmero tomo 8. tractat. 62. Ianuenius Concordiæ capite octavo primo: præter alios, qui hanc ipsam in qua sumus, controuer- sian tractarunt.

V. Distinguunt homonymiam. Posse enim id mandatum sic intelligi, quasi solus Deus esset amandus: & nihil omnino præter Deum. Et sic concessa minore, negant maiorem: quia iubemur amare etiam proximum. Vel, ut nihil contra Deum, nihil supra Deum, nihil æque ac Deum, sed sub Deo & infra Deum & propter Deum, reliqua omnia, atque a deo nos ipsos & proximos & Angelos diligamus. Hoc modo concessa maiore, negant minorem: & negandis rationes proferunt istas generales, quibus probare confidunt absurdam esse mandatorum impossibilitatem. Tamen moneo, Stellam dicere, non teneri nos amare Deum ceteris rebus ardenter & feruentius: nec peccare, si quis hominem alterum ardenter & feruentiori amore prosequatur, quam Deum, dummodo summa gloriam, sumnum honorem, bonum etiam quod in se est sumum, & E O impendere curer ac studeat. Tam exacti sunt hi homines officiorum trutinatores: tamque exacte norunt fines honorum & malorum. An potius tam sunt impudentes humanæ socordiæ palpo- nes?

VI. Distinctionem non est quod impugnemus, imo vltro concedimus, non prohiberi alia quædam præter Deum amari: quia manifestum est, alterum illud mandatum simile primo: & in Ecclesia nihil frequentius fraterna dilectione. Concedimus ergo nihil amandum contra Deum, supra Deum, nihil æque cum Deo. Omnia igitur infra Deum, & propter Deum. Sed addimus voces eas esse in præcepto, quæ non hanc tantum Dei comparationem cum reliquis creaturis, includunt: sed etiam emphrasin habeant præterea, significandi amoris diuini per se considerati. Ita enim oportet omnino aliquam eius rationem esse, quæ sit fundamentum eius comparationis. Quia enim intendi amor potest & remitti: ac proinde subsummo varijs esse gradus inferiores, nihil obstat quominus possit is amor non esse summus, qui tamen non sit infimus. Itaque poterit Deus amari plus quam omnia reliqua, ut tamen non ametur prout debet. Imo possumus & Angelos odire, & proximos, qualis fuit Atheniensis Timon, fortasse etiam nos ipsos, ut tamen Deum non cognoscamus, ac proinde non amemus: vel tenuiter cognitum exiguo amore prosequamur. Denique etiam adulteræ nonnullæ amant suos maritos plus, quam adulteros, eti his profituant corpus suum. Sic Socrates sumum Deum agnoscebat supra mediastinos.

VII. Hæc cum ita sint, perfidamus in asserenda minore, dicimusq; neminem vñquam extitisse qui Deum amauerit prout debuit, nec tantum absolute, sed etiam relata. Hoc est, qui Deum non minus dilexit, quam debeat diligere comparare ad se: & non aliquid in amando præterulerit Deo. Ratio manifesta, si Augustino credimus afferenti, quandiu concupiscit caro contra Spiritum, minus amari. Tum autem David ipse, cuius iustitiam tertio quoque verbo aduersarij commendant, tamen amavit Bersabeam plurimum Deum, saltum cum peccauit cum ea.

VI. I. Hoc illi ut expediant, ruitus distinguunt homonymiam, tum in verbis corde, anima, viribus: tum in articulo, ex toto. Et hæc quidem verba posse vel tanquam diversa exponi, vel tanquam unum idemque significantia. Veretes nonnullos intellectus tanquam diuersa, nempe facultates animæ vegetatiuam, sentientem, intelligentem: alios aliter. Sed longe simpliciorem, & Scripturæ conformiorem esse sententiam eorum, qui docent ea omnia vocabula idem significare, cumulataque maioris expressio- nis gratia. Significari ergo, diligere verè, sincerè, non fictè, non simulatè. Rationes. Prima, quia Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus in 22. Matthæi Ambrosius in 10. Iuc. distinctionem hanc non tradant. Secunda. Quia Matthæus, Marcus & Lucas varie enumerant: quod est evidens argumentum, nihil esse mysterij in ea enumeratione. Tertia, quia alias idem significatur per totum cor, 1. Reg. 14. Et 1. Sam. 7. & alias.

IX. Particulam ex toto dupliciter à Patribus exponi, vel ut imperentur omnes gradus charitatis, qui haberit possunt in hoc mundo, vel in altero: ut semper Deum amemus, nec sit ullus motus cupiditatis, siue voluntarius, siue inuoluntarius, cum Dei amore pugnans. Vel, ut præcipiat tantum amo præcipuo Deum amare, nihil anteponendo, vel æquando. Hæc sunt ex Bellarmino.

X. His positis negat Salmero sensum esse, ut Deum amemus, quanto maximo amore possumus, nixu, & conatu. Ratio: Deus pro bonitate sua ita tradidit mandata: ut sit tamen locus consilijs, & possimus supererogare: alioquin

ali quin nulla futura esset pax conscientiae, letitiae: nec vñquam probabili agnoscere posset nos præceptum implesse. Negat rursus sensum esse, vt sic diligamus ex viribus nostris, vt cato nulli ex mandatis Dei oblietur. Ratio: Nouit Deus fragmentum nostrum: & saepe inuitis nobis cato subsultat, & nunquam vel maxime iustus sine somite esse potest.

XI. At ne nos quidem scrupulosi sumus in singulis voculis numerandis, appendendisque, sed non habere maximū pondus tam solliciram enumerationem nemo nobis persuadet. Quid tam enim, si hoc momentum secco præterierint pede Hilarius, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius: Aut quis a singulis omnia exigat? Aut, cur horum nominibus, non opponamus aliorum nomina diligenter expenditurem? Nihil habere mysterii, quia non a iisdem vocibus, non eodem ordine apud omnes legamus, nos negamus, nec ipse Bellarminus serio dixit, qui cœcessit maiorem expressionem, quæ nobis satis est, nisi ab his Sophists eruatur.

XII. Concedimus idem posse significari per totum cor, etiam si reliqua non exprimantur. Sed negamus propterea nihil esse mysterii. Quid enim? nonne idem significavit Lucas 12. Non remittetur ei, & Marcus 3. non habet remissionem in aeternum; quod Matth. 12. non remittetur neque in presenti seculo, neque in futuro? Et tamen omnes Papistæ, ipse etiam Bellarminus in hac numeratione huius futurique seculi, magnum mysterium quæsivit: quia ab Augustino & Gregorio indicatum: et si ab iis multis Patribus neglectum. Omnino Paulus cum dixit, Iesum factum ex semine Davidis secundum carnem ad Rom. 1. idem dixit, quod Matth. 1. & Lucas 3. eiusdem Christi genealogiam describentes. Nihilne igitur ponderis in tam prolixa capitum enumeratione? Denique, ne omnia colligam, quod Leuit. 24. Ne convertatis vos ad idola, neque Deo fuisse faciatis vobis: Idem legis Exodi 20. Non facies tibi sculptile, neque villam similitudinem eorum quæ sunt in caelo sursum, neque eorum quæ in terra deorsum, neque eorum quæ in aqua subter terram. Et Deuter. 4. Cauete diligenter animabus vestris, ne forte corrumpatis vias vestras, & faciatis vobis sculptile, imaginem villus simulachri, effigiem masculi aut feminæ: effigiem cuiuscunq; animalis quod in terra degat: effigiem cuiuscunq; volucris aliæ, que volat per celum: effigiem cuiuscunq; reperiens in terra: effigiem cuiuscunq; pisces, qui in aqua degat sub terra: nrore at tollis oculos tuos in celum, ut videas Solem, & Lunam, & stellas, omnem militiam caeli: & impellaris, & incurves te illis, colasque ea.

XIII. Hic igitur nos magnum pondus esse dicimus huius enumerationis, quæ omnia complectitur, quibus homo moueri potest intra se, & inde prorumpere in opus externum. Eam vim Calvinus ita expressit, Tunc rite compositam fore vitam nostram, si Dei amor omnes sensus nostros occupet. Solide amandum esse Deum: & hoc conferri debere, quicquid facultatis inest hominibus. Deum in legis præceptis non respicere quid possint homines, sed quid debeant. Et in harmonia Mosis, ad summam legis, Inbemur Deum amare ex toto corde, & anima, totisque viribus. Quamlibet entitatur, multum est ac debile nostrum studium, nisi omnes sensus nostros occupet amor Dei, & ad ipsum penitus fervantur vota nostra & cogitationes, ad eum quoque se applicent omnes nostri conatus. Institut. lib. 3. cap. 19. segm. 4. Legis præceptum est, ut diligamus Deum nostrum ex toto corde nostro, ex tota anima, ex totis viribus: id ut fiat, anima prius omni alio sensu & cogitatione evanescat: cor omnibus desideriis expurgandum, vires in hoc unum colligenda & contrahenda.

XIV. Nec primus Calvinus. Victor Antiochenus in Marc. 12. Lex hac eiusdem verbi circa eam in materiam repetitione, præceteris abundat: ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Facit hoc autem, quo hominem tanto Dei amore flagrare debere commonet, ut nihil prorsus in villam omnino anima facultatem irreperere finat, quod stat erga Deum dilectionem excludat, aut diminuat, aut alio transferat. Autor operis imperfecti in Matthæum, cum alia multa, de corde, deque anima, tum ista de mente, Quid est, in tota mente diligere Deum? id est, ut omnes sensus tui qui pertinent ad te, Deo videntur. Cuius intellectus Deo ministeriat, & cuius sapientia circa Deum est: cuius cogitatio ea, quæ sunt Dei, tractat: cuius memoria quæ sunt Dei recordatur, tota mente diligit Deum. Theophylactus, et si paulo alienus inquirat τὸ ζωῶδις, τὸ φυγῆδι, τὸ λογικῆδι, tandem bene: ὅτι ἐμερχόται δει ἀγαπᾶν τὸν Θεόν, αὐτὸν ἔντοντος διδόναι τὸ Θεόν, non debere Deum amare ex parte, sed nos ipsos totos ei impendi, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ὁλοψύχως, τόποι ἐστὶ τὸ δικαίων τὸν τὸν ψυχήν μερῶν καὶ διώριστον προστίχειν. Oportere Deum amare ex tota anima, id est, ex omnibus anima partibus & viribus ei attendere.

XV. Theodor. qu. in Deut. 3. εἰ τοῦτο τὸν μὲν διδοκόντει μὴ μεριζάντες τὸν Θεόν, εἰς Θεοὺς γυναῖκες, εἰς Θεοὺς πόλεις, ἀλλὰ πάντα τὸν ἀγάπητον δικαιομένοις αφιερωτού τὸν πεποιηκότον Θεόν, μετα τὸν ποιητὸν δικαιομένον τὸν τελεοφερεῖν, τοῦτον τὸν αἰδελφοῖς καὶ φίλοις. Hinc docemur dilectionem non dividere in Deum & auxilium: in Deum & uxores: in Deum & liberos: verum uniuersam dilectionis vim creatori consecrare Deo: post Deum autem unicuique suum tribuere, libertis fratribus, amicis. Aponius in Canticalib. 2. Non vult alium quemquam solum amoris Deus, in anima hominis: sed in tota virtute eius, in toto corde & in totis visceribus eius, solus obtinere desiderat principatum. Dicendo enim, Diliges Dominum tuum in toto corde, cogitationem sibi hominis, velut palatum initialavit. Dicendo, Et in tota anima tua: sermones sibi eius singularem laudem sacravit. Dicendo vero, in tota virtute, quis ignoraret operam hominis nominasse, quam pro sua voluntate sibi vult semper totam impendi? Zacharias Concordialib. 3. cap. 12. In tribus rebus Dei exprimitur dilectionis, ut nihil remaneat in homine, quod non Diuina dilectioni subdatur. Nam dum dicitur, Dilige Deum ex toto corde tuo, omnes cogitationes referendas in Deum præcepit. Dum vero dicitur, ex tota anima, omnes affectiones anima referri ad Deum præcepit. Dum vero adiecit, ex tota mente, omnem rationem indicat humanam, qua intelligimus & discernimus, in rebus eiusmodi esse occupandam. Vbi autem dicit, ex tota virtute, bonum perseverantia iniungit.

XVI. Sic quisque pro sua mentis captu conatus est vim verborum diuinorum assequi. Augustinus etiam non putauit negligendam lib. 1. de Doct. Christ. c. 2. Hæc regula dilectionis diuinitus constituta est. Diliges, inquit, proximum sicut teipsum: Deum vero ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, ut omnes cogitationes tuas, & omnem vitam, & omnem intellectum, in illum conferas: a quo habes ea ipsa quæ confers. Cum autem ait, toto corde, tota anima, tota mente, nullam vitam & partem reliquit, quæ vacare debeat,

Tom. III.

& quasi locum dare, ut alia re velit frui: sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo torius dilectionis impetus currit: Et statim post, Sic proximum diligens tanquam seipsum, totam dilectionem sui & illius refert in illam dilectionem Dei, qua nullum à se riuum duci extra patitur, cuius derivatione minuatur.

XVII. Hæc Veterum fuit sententia: quam nos tenemus. Itaque si concedimus significari id quod Bellarminus dicebat, diligere vere, sincere, non ficte: non simule; vt tamen addamus has omnes animæ vires, quas exprimit tam sollicita, & vt ita dicam curiosa enumeratio. Quod etiam postulat, illud, Totis viribus: nam quod pro eo Bellarminus substituit pro virili, potest ambiguum esse; cum loeat sonare, quid accommodatum viribus præsentibus, non autem quæ esse debeat. Atque ita mensurarerur obedientia ex modulo obedientis, quod Hieronymus merito improbat in iis, qui ex sua locordia argueant præcepta esse impossibilia: nos vero multo magis in iis, qui ex eadem, legis iustitiam eitant peccantes in alterum extreum. Amandum ergo dicimus Deum totis viribus naturæ: non tantum totis viribus corruptionis. Et quia scimus hanc corruptionem obstat, quominus ameritur totis viribus naturæ: ideo negamus impleri posse legem. Denique omnes gradus comprehendimus amoris, qui obtineri possunt, vel in hac vita, vel in altera, & si, quid siemini, id peccato deputamus.

XVIII. Nam, quod Salmero locum relinquit consilii, & supererogationi, Papistice facit, non Catholice. Quanquam hæc quæstio alterius erit temporis. Notum esse Deo fragmentum nostrum concedimus: sed negamus propterea permittere, ut suis mandatis obliuetur concupiscentia carnis: contra potius prohibitus concupiscentias carnis, quia norit figuratum nostrum. Inuitis nobis subsultare carnem negamus: sed inuito spiritu, qui in fidelibus dominatur: quam ob causam etiam prohiberi dicimus. Negamus etiam, nunquam iustum esse posse sine somite. Nam, & fuit ante peccatum, & futurus est in patria: quia hic fomes est a peccato, & est peccatum. Sed in hac vita concedimus: atque ob eam causam asserimus cum Augustino, non posse impleri hoc de amando Deo mandatum.

XIX. Sed audite Bellarminum, quasi Antæum nouis resumptis viribus luctam redintegrantem. Etiamsi, inquit, enumerarentur variae potentiae animæ: ac iuberemut illas exercere ad gloriam Dei, adhuc nihil aduersarij obtinerent. Quoniam enim præceptum est affirmatiuum, ideo, dicendum est, solum præcipi, ut exerceremus eas potentias propter Deum, quando id necessitas gloria eius procuranda requireret. Intelligo, inquam, magnum, sub imme, arduum Theologia Scholastica arcana, quod fuisus nobis explanabit Iansenius. Affirmativa præcepta obligare semper, at non pro tempore: ideo quodam inquisisse, quando deberet impleri: non nullos etiam assignasse dies dominicos: alios vero incertum tempus. Tam serio timet hoc hominum genus, ne quid nimium reddant Deo. Et quidem hos miror non in hæreticis numerasse eos, qui dicebant olim, verum modum amandi Deum, esse sine modo.

XX. Sed nos negamus, nulla affinatio præcepta obligare pro semper, ut illi barbare loquuntur: Nam istud de amore Dei dicimus ita obligare, ut nullum vel minimum vitæ momentum eo vacare debeat, Nullam, aiebat Augustinus, vita nostra partem reliquit, que vacare debeat. Apollonius, Operam hominis sibi vult semper totum impendi. Nec aliter putem à Zacharia nominatam perseverantiam. Nec aliam ob causam legimus, ad Corinthios 10. Sine igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quam enim vitæ partem exceptam velle potuit, quia ita iussit? Pulcre omnia comprehendit, inquit Theodoretus, & se ere: & ambulare, & differre, & misereri, & docere, ut unus omnium sit scopus, Dei gloria. Et nobis sanctissimi Papistæ: & nobis defecatisam Iesuitæ tempus aliquod designabunt, quo vacandum sit ab amore Dei.

XXI. Et quænam illa est, quæso, necessitas gloriae Dei procurandæ? An, quæ nobis est imposta? quomodo Paulus prioris ad Corinthios 9. Necessest mihi incumbit. Et ad Roman. 13. Necessest subdit: estote. An necessitas ipsius gloriae, quasi necesse habeat Deus a nobis gloriam suam promoueri? quo sensu necessitates sanctorum dixit Paulus duodecimo ad Romanos ex versione Latina, Necessestibus sanctorum communiantes, pro Graeco ταῖς κεραῖς. An denique externæ occasionis necessitas? quomodo prioris ad Corinthios 7. Existimo bonum esse propter instantem necessitatem. Atqui secunda necessitatis notio nullum hic locum habet: cum Deus sit αἰτηζός, nostraque opis non indigens. Tertia perinet ad actus singulares, siue exercitia amoris: breuiter ad actus imperatos, non autem elictos amoris diuini: pura, ad hoc illud faciendum: quo promoueat Dei gloria: ut edendum, bibendum, sedendum. At nos, cum de amore Dei disputationem, ipsum illud amare consideramus. Itaque superest prima sola notio nostræ disputationi commoda: sed hanc nos dicimus esse perpetuam: nec per interualla: ex vi præcepti, quod non patitur villam vitæ partem vacare hoc officio amandi Deum.

XXII. Nimirum huc tandem res reddit, ut sciamus ita imperari nobis amorem Dei ut nullus sit amoris gradus, intra sumnum, cuius quicquam debeat acquiscere. Summum autem dico, non tantum comparare ad res alias, quæ sub amorem cadunt: sed etiam & quidem præcipue comparare ad nos ipsos, ut ne ultra possimus amare: ita enim vere totum cor erit, tota anima: mens tota, vires omnes: nec erunt tamen, quamdiu aliquis motus concupiscentiae malæ vigebit in nobis: quod & Augustinus dixit: & Bellarminus negare non potest a Patribus asserunt.

XXIII. Confert ergo se ad alia studia, & primo impugnat: deinde distinguit. Impugnat, negans hanc Patrum sententiam videti admendum conformem sacris literis. Primo, quia vox illa Totus, vel Omnis, non semper absque exceptione usurpatur. Matthæi 2. Turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma. A. Etorum 21. Tota Hierusalem confunditur, Genesios trigeminoprimum, Scitis quod totis viribus seruerim patri vestro. Posterioris Samuelis decimo quinto, Toto corde uniuersus Israel sequitur Absalom. Et vulgo dicimus, Totus sum in hac re, vel Totis viribus hoc agam, cum tamen nihil significare velimus, nisi præcipua cura, ac studio. Secundo, hoc præceptum Scriptura docet esse facile Deuteronom. 10. Quid Dominus Deus petit a te, nisi ut timeas Dominum tuum, & diligas eum, ac seruas ei in toto corde tuo, & in tota anima tua? Et 13. Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, si diligatis eum in toto corde vestro, & in tota anima vestra, an non, I. uca 10. quærenti,

renti, Quid faciendo vitam eternam possidebo? Dominus respondit, In lege, quid scriptum est? Quonodo legis? Ait ille. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Tum Dominus, hoc fac, & viues. Certe hæc omnia præsupponunt mandata in hac vita impleri posse. Terrio, promisit Deus se facturum, ut tempore Novi Testamenti diligatur toto corde, tota anima. Igitur aut Deus mentitus est, aut hoc mandatum in hac vita simpliciter adimpleretur. Quarto, multi hoc mandatum impleuerunt. Deutero. 30. Gaudet Dominus in te, sicut gaudet in patribus tuis, si tamen reverteris ad eum in toto corde tuo. & in tota anima tua. Sic 1. Reg. 2.4 Et 2.23. & Psalm. 118.

XXIV. Sed hanc Patrum sententiam esse conformem sacris literis abunde testatur illa diligens enumeratio: cui Patres innitebantur. Ad primum argumentum, concedo non semper exceptionem tolli: sed vicius farentur necesse est aduersarij, aliquando tolli, Genes. 1. Creavit Deus cetera grandia, & omnem animam viventem, atq; notabilem. Vidiisque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Exod. 1. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de fœno Joseph septuaginta. Exod. 19. Totus mons Sinai fumabat. Matth. 8. abiit totus rex per præcepta in mare. Ioan. 4. Creditur ipse, ac dominus eius tota.

XXV. Quod cum ita sit, appareat non sequi, hoc loco admittandam exceptionem, etiam si aliquibus admittatur. Et conformem Scripturæ eam rationem dici posse, eam sententiam, quæ excludit. sed addo: Si quisquam sit locus, cum explodenda sit exceptio, tum maxime in præceptis. Exempla hæc sunt. Exod. 21. Facies & tunica superhumeralem, totam hyacinthinam. Et 29. Sumes & adipem totum. Et offeres totum artem in incensum super altare. Leuiti secundo, Adebat sacerdos in memoriam partem fræti & olei, ac totum ihes. Genes. 7. Ingredere, tu & omnis domus tua in arcam. Et 17. Circuncideret ex vobis omne masculinum. Exod. 30. Sanctificabisque omnia. Infinita possunt addi similia. Et vero ita exigit ratio præcepti, quod alioquin periculosa homonymia redderetur incertum. Hinc est, quod Saul tam seuere reprehenditur primi Samuelis 15. quod proposito sibi vniuersali præcepto, exceptionem apposuissest. Et Iosue 7. Acham ultimo affectus supplicio, quia subduxisset aliquid de anathemate, cuius verba hæc capite sexto. Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt. Porro agitur nunc de præcepto, & quidem omnium maximo. At Bellarminus nullius præcepti yllum adfert exemplum.

XXVI. Ad secundum, negatur à Scriptura adstrui hoc præceptum esse facile. Neque eam vim villam videre possum in citatis locis. Neque verum eos omnes præsupponere id impleri posse in hac vita, sed tantum impleri debere. Et vero primi diserta verba sunt, Nisi ut timeas Dominum Deum tuum, ad ambulandum in omnibus viis eius, & ad amandum eum, & seruendum Domino Deo tuo toto corde tuo, & tota anima tua. Vbi vides non tantum timorem & amorem, & cunctum præcipi, sed etiam ambulationem in omnibus vijs, quo intelliguntur comprehendendi singula mandata. At hoconus Apostoli dixerunt non potuisse portari a Patribus. Reliqui faciliores: Tentat Deus, an se populus amerit toto corde: Ergo populus potuit amare toto corde. Consequentiam ridebunt etiam infantes: qui sciunt tentari etiam, quæ non possunt fieri, ab eo qui siue tentat, siue tentatur. Rursus, Hæc fac, & viues: Ergo ille potuit facere. Similis φλανεσα: tantum enim: Ergo debuit facere, ut viueret ex operibus, quod ille Phariseus quererebat, Quid faciendo, aiebat, obtinebo vitam eternam.

XXVII. Ad tertium, negatur Deum vñquam promisisse, se effecturum, ut in hac vita se diligent homines toto corde, tota anima. Fateor promissum circumcisio nem cordis, ut diligatur toto corde, Deuteronom. 30. promissum etiam cor, ad idipsum: Hierem. vigesimo quarto, sed nego eius implementum vñquam futurum in hac vita, sed inchoationem tantum, quæ magis magisq; promouetur, donec perfectionem assequatur in altera vita.

XXVIII. De quarto non est necesse eadem saepius repeteret, quæ iam satatis superq; explicata sunt, in hac ipsa controversia; c. 4.

XXIX. Sed attendamus nunc distinctioni, qua se sperat satis facturum non locis tantum Scripturæ, sed etiam Patribus, qui eos locos interpretantur de vniuersis animæ viribus, omnibusque charitatis gradibus. Observandum est duobus modis aliquid posse præcipi, vel ut solum indicetur id, quod faciendum, vel ut simul indicetur finis, cuius gratia id sit faciendum. Illustrat exemplo Imperatoris, qui si militibus dicat, Pugnate aduersus illam urbem, nihil dicat, nisi quod faciendum: at si dicat, Urbem capite, tum & quid faciendum, scilicet pugnandum, & cuius id gratia faciendum, quasi diceret, Pugnate in hunc finem, ut urbem capiatis. Prioris modi si sit præceptum, tum prædicatorem esse, qui non faciat id solum, quod præcipiatur: at si posterioris modi, tum non esse prædicatorem, qui non finem ipsum obtinet, id est, non capit urbem: sed qui non id agit, unde si finis obtineri possit, id est, qui non pugnat.

XXX. Porro hoc mandatum deo amando totis animæ facultatibus posterioris esse modi. Probat ex Augustino de Spiritu & litera c. vlt. Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, ut admonemeremus, quid fide exposcere, quo spem præmittere debeamus. De Perfectione Iustitiae. Cur non præcipieretur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? non enim recte curritur, si, quo currendum est, nesciatur, quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Probat iterum, quia non sit prædicator, qui non perfecte impleat hoc præceptum. Augustinus de Spiritu & litera c. post. Neq; enim si esse nondum potest tanta dilectio Dei, quam illi cognitioni plena perfectio, debetur, iam culpa deputandum est. Bernhardus in Canticum c. 52. Nec latuit præceptorem, præcepti pondus hominum excedere vires: sed iudicauis utile ex hoc ipso sua illos insufficientem admoneri, & ut scirent sane, ad iustitiae finem nisi pro viribus oportet: ergo mandando impossibilia non prædicatores homines fecit, sed humiles.

XXXI. Sed ego, non impugnata distinctione, dico, quæcumque præcepta sunt secundi generis, ea medium disparare a suo fine, quemadmodum pugna re vera est aliud ab urbe capta. Atqui hoc præceptum non disparat medium a fine: quia amor Dei, non potest considerari tanquam medium ad amorem Dei. Itaque est illud ipsum quod imperatur. Nam etiam Deus propter se unum amandus est: ideoque amor Dei, non potest

aliud quid habere sibi propositum pro fine. Præterea, hæc ipsa mediorum & finis disparatio, efficit, ut possint non peccare in illis, qui hunc non assequuntur, ideoque nullam esse militum culpam: sed in hoc præcepto alter seres habet: quia qui eius perfectionem non assequitur, non potest non peccare in his gradibus, quos Sophistæ volunt esse medios. Nimur, quia defectus est a propria locordia eorum, qui non quicquid possunt, eo conseruent. Quare Papistæ improbe sumunt, quod non est verum.

XXXII. Intelligo, Augustinum dicere perfectionem huius amoris esse propositam, vt sciamus quo tendere debeamus. Et scio id optimè dictum ac verissimum. Sed nego propterea significari finem esse disparatum à medijs. Potius enim finem perfectionis, quo per profectum sit aspirandum. Quomodo euincque studio, finis est propositus perfecta scientia, adepto, quo dum non est peruenit, scientia manet imperfecta, & deficiens. Quomodo cursui meta: citra quam curritur quidem, sed imperfectè: adeo ut nunquam suis sit functus partibus cursor, donec attigerit metam. Itaque audiebamus ab Augustino, Profecto nunc quantum deest dilectioni, tantum nunc perficienda Iustitia deesse credendum est. Et iterum, In ea que perficienda est Iustitia, multum in hac vita proficit, qui quam longe sit à perfectione iustitia proficiendo cognovit. Obscuria, Iustitiam dici non obtinendam, sed perficiendam. Enimvero, dum pugnatur, non perficitur viris capture, sed acquiritur, quia nondum habetur. Et cum definit pugna: nec amplius mandatum illud pugnandi vim habet. At hæc iustitia ideo perficienda dicitur, quia iam obtinetur, etsi tantum inchoata: ut quod speratur, non sit aliud toto genere diuersum, sed unum, idemque, differens tantum secundum plus & minus. Ideoque tum etiam quum ad eam perfectionem peruenit, non ut capta virbe cessatur pugnare, ita adepto eo perfecto Dei amore, cessabit ab amando, aut antiquabitur mandatum.

XXXIII. Non esse præuaricatorem, qui non impleat hoc mandatum in hac vita, nunquam quisquam dixit Catholicus. Contra disertum Augustinum, Qui hoc attendit, nimur hoc præcepto impleri omnem iustitiam, etiam illud attendat, quam in multis offendamus omnes. Et non est hæc præuaricatio? Quid hoc à Quamdiu augeri poterit, profecto illud, quod minus est, quam debet, ex virtute est: ex quo virtute non est iustitia in terra, quæ faciat bonum, & non peccet. Nulla, ne hæc præuaricatio est? Item, Peccatum est, cum vel non est caritas, quæ esse debet, vel minor est quam debet. Nulla ne hæc præuaricatio est?

XXXIV. A Bernardo audio, hominem non esse constitutum à Deo præuaricatorem: sed non audio ab eodem dictum, hominem non esse præuaricatorem, quod Bellarmino fuit demonstrandum. Nos assertimus esse præuaricatorem, quum minus amat: sed à se, suo factum virtutio, non autem à Deo. Fecisset Deus præuaricatorem, si absolute impossibilia mandasset: hoc Bernardus voluit amoliri. At non fecit, quum ea præcepit, quæ propter propriam corruptionem talia facta sunt, ut vires eius excedant.

XXXV. In Augustino negante, culpæ imputandum, si nondum sit tanta dilectio, quanta cognitioni plena, perfectæque debeatur, miratus sum Sophistarum locordiam, non attendentium, quæ mente dictum sit. Nego enim dictum de eo amore, qui sit, aut fuerit, aut futurus sit in viro homine in hac vita: sed de imaginaria quadam, ut ita dicam, iustitia, quam Augustinus ponit esse posse in hac vita per gratiam D E I. Mouebatur enim Marcellinus, eo quod legebar in Augustini libris, Fieri posse, ut homo sit sine peccato, si voluntas ei non desit, ope divina adiuuante: sed tamen præter unum, in quo omnes viuiscabuntur, neminem fuisse vel fore, in quo hic viuente ista foret perfectio. Quod quidem ille plurimis locis repetit: & intelligit non esse impossibile, non quidem nobis, sed Deo, vide ista eidem libri capite quinto: Eius iustitia perfectionem etiam in hac vita esse possibili negare non possumus: quia omnia possibilia sunt Deo, sine qua facit sola suo voluntate, siue que cooperantibus creaturæ siue voluntatibus, à se fieri posse constituit: ac per hoc quicquid eorum non facit, sine exemplo est quidem in operibus factis, sed apud Deum, & in eius virtute habet causam, qua fieri possit, & in eius sapientia, quare non factum sit.

XXXVI. Hoc ut explicaret, distinxit iustitiam, in illam magnam, quæ futura est in altera vita, & aliam minorem, quæ huic vita conuenire possit. Sed dici potest, inquit, quedam iustitia minor huic vita competens, quia iustus ex fide viuit, quamvis peregrinus à Domino: & ideo per fidem ambulans nondum per speciem: non absurde dicitur ad istam pertinere ne peccet. Hanc, inquam, iustitiam distinxit ab altera: non ipsam tamen quæ in quoquam inueniatur, aut inuenienda sit: sed quæ tamen possit inueniri, si D E V S velit, cui nihil impossibile. De hac ergo iustitia, cui eti si non perfectam tribuat cognitionem, sed tamen parentiam peccati, statim, neq; enim stanta esse nondum potest dilectio D E I, quantaliter cognitioni plena perfectæque debetur, iam culpa deputandum est: quibus verbis abutuntur aduersarij. Hæc, inquam, dixit de illa iustitia, quam ille præsupponit esse posse sine peccato, nusquam tamen esse, aut fuisse, aut futuram esse. Quæ certe ad hanc nostram controversiam non pertinet.

XXXVII. Et erant istæ quidem Bellarmini strophæ. At Beccanus, ut Augustino satisfaciat: Prompta est, inquit, responsio. Et credidisse, eti non admouisset: res ipsa enim satis docet, nihil esse magna concordum cura. Sed quid igitur? Duo nititur ostendere Augustinus, inquit. Audiamus sane. Vnum est: præceptum illud posse quidem impleri in hac vita, quoad obligationem quam inducit, non tamen quoad verba quibus proponitur. Alterum, in hac vita non tam perfecte dilig Deum, quam in altera.

XXXVIII. O impostor! o præstigiator! Quoad obligationem, non quoad verba. Quasi non ex verbis obligatio! Quis tale vñquam audierat? Vbi? quando, quibus verbis id expressit Augustinus? Nimur id sibi sumunt Iesuitæ, ut quicquid libertingant, quod Patribus affingant. Nunquam, non quam tam absurde, tam impie loquuntur est Augustinus: sed ita vel'ent Iesuitæ fuisse loquuntur. Non tam amari in hac vita D E V M, verum est, certum est: & dixit Augustinus. Sed viçissim verum est, certum est, cum, qui non amat toto corde, minus amare, quam

quam qui amant in futura vita. Et certum, qui non amat toto corde, non implere mandatum. Quid ergo accreuit lesuita?

C A P. XV.

### **De onere legis importabili.**

I. **A**ctorum 15. Nunc quid tentatis Deum imposito iugo cernuicis discipulorum, quod negat Pares nostri, neque nos portare potuimus? Enim Petrus diserte negantem illum potuisse ferre onus legis. Nam si neque iij qui-dem potuerunt, quibus imposta erat in quibus etiam Propheta multi, aliquique sancti, quis se posse ausit sperare?

11. Respondent Becanus, & Bellarminus breuiter : sed prolixus Staphletonus, Antidotis Apostolicis in hunc locum , disputat contra Calvini-  
num. Certum est, aiunt, Petrum non loqui de lege morali, quæ conti-  
netur in Decalogo, & de qua hic disputamus : sed tantum de Ceremoniali. Bellarminus probat tripliciter. Primo ab occasione, sumpta ab ijs, qui  
Gentiles conuersos volebant circuncidere. Secundo ex Decreto Synodi, Vi-  
sum est Spiritui Sancto & nobis , nihil ultra imponere vobis oneris, quam ha-  
batur necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, sanguine, suffocato,  
& fornicatione. Haec enim dici necessaria, vel ex ceremoniali, vel simpliciter ex vniuersitate. At non ex vniuersitate: alioquin sequeretur, non esse necessaria-  
rium non colere idola, non moechari, non furari, & similia: quod est ab-  
surdum. Ergo tantum ex Ceremoniali. Tertio, ab scopo Apostolorum,  
nemper remouere iugum legis a crucibus Apostolorum. Quare, quid  
hoc sit. An abrogare legem, & eius obligationem tollere, an vero tollere  
opinionem iustificationis per eam. Illud esse absurdum: quia nulla lex ob-  
ligaretiam Christianos. Hoc etiam, quia sequeretur, ceremonias adhuc ob-  
ligare. Ergo intelligenda est duntaxat lex ceremonialis.

**III.** At nos existimamus onus illud importabile dici præcipue propter legem moralem; nec de ceremonijs posse, nisi propter eam. Rationem, qua in eam tententiam adducimur, post videro: si prius obiectiones examinaro.

IV. Ad primam, fateor occasionem fuisse à circumcisione: sed nego hinc sequi, hæc Petri verba de solis eis: ceremonijs. Ratio facilis: quod non decretum contineat, sed rationem decreti. Nihil autem prohibet rationem altius surgere, & longius repeti. Imo hic necesse erat: quia ceremoniarum usus nunquam potuit bene intelligi, nisi relate ad legem. Sic Paulus, cum de hac ipsa circumcisione disputationeret ad Galatas, tamen coetus fuit de vniuersitate lege dicere: adeo ut inde disputationem inchoaret capite secundo: non iustificari hominem ex operibus legis, absolverit etiam, quinto: quicunque circunciditur, debitorem esse totius legis seruandæ. Quis miretur in Petro, quo in Paulo manifestissimum videt? Manifesta igitur illatio Petri: non esse retinendam circumcisionem: quia legis onus sit importabile: at circumcisione id onus præsupponat: unde necesse erat ei oneri subiecti Christianos, si subiicerentur circumcisioni.

V. Ad secundam. Necessaria illa dici, non ratione obligationis, sed temporis. Itaque non illa tantum nominata, quæ sunt ex ceremoniali, cuiusmodi, abstinentia à sanguine, & suffocato: & Idolothytis, sed etiam, quæ ex morali, ut abstinentia à scortatione. Quod ignorare, ne Bellarminus quidem potuit, qui annotauit additam reliquias fornicationem, quod apud Gentiles non haberetur pro peccato. Itaque non sequitur, si hæc delecta sunt ex vniuersa lege, propterea non esse reliqua necessaria necessitate obligationis. Nec sequitur, non esse Petrum loquutum de legi morali, à qua est prohibitio scortationis.

**VI.** Ad tertiam. Fatemur voluisse Apostolos remouere, non tantum opinionem de iustificatione per legem, sed etiam usum ceremoniarum non tamen legem moralem abrogare, taque neutrum ad nos Bellarminus absurdum pertinet, qui scimus & legem adhuc obligare, & ceremonias antiquatas esse. Neutrum tamen concludere quod Bellarminus propositum, illa verba, de onere importabili, non pertinere ad legem moralem.

VII. Addit Stapletonus aliud argumentum. Si teneatur Deus impo  
nendo legem mandatorum Dei humeris credentium veluti ad salutem ne  
cessariam, profecto ipse Christus tentauit Deum dicens, *Si vis ad vitam  
ingredi, serua manda*. Et Paulus: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini  
Quia ita agunt, regnum Dei non possidebunt*.

VIII. Respondeo: Legem dici ad salutem necessariam, vel secundum impletionem, ut non saluetur, nisi qui eam impleuerit. Vel secundum penitentiam, quæ ita conatur obediere legi, ut quod non perficiat doleat, & remissionem postulet. Secundum impletionem, negamus, aut Christum, aut Paulum eam cuiquam imposuisse. Nam neque Christus tam exponet absolute, quamnam ratio esset perueniendi ad salutem, secundum iuxta interrogationem Pharisai, quærentis, quid faciendo salutem obtinere posset. Et vero, si factis quisquam in ultro suis saluari, non protest aliter, quam impleendo hanc legem. Sed cum nemo factis saluari possit alia ratio salutis obtinendæ constituta est à Deo, de qua hoc loco non loqueretur Christus.

**I X.** Secundum pœnitentiam , fatemur & alias à Christo confirmata legem , & à Paulo , ijs locis qui citantur . Non enim absolute verum , qui adulterium , aur scortationem admissit , nullum fore hæredem regni Dei , quandoquidem extent luculentissima exempla in contrarium . Secundum verum , si ita admittantur , ut nulla sequatur pœnitentia , per quam & omnia facta censentur , quia omnia non facta remittuntur , vt loquebatur Augustinus : & quod factum est , Deo non imputante , est quasi non fuerit , vt ait Bernardus , sermon . 1. de annunciat . Porro hoc modo negamus Deum tentari .

X. Sed pertinere id onus importabile ad legem moralem addo, immo non ad ceremonias, nisi propter legem moralem, id est, propter ipsam ob- edientiam rationem, quam habent non a se, sed a lege morali, quæ iubet Deum amari toto corde, ac proinde ei obtemperari in omnibus, probabat Calvinus. Quia, quod onus importabile est, eo non defungantur homines.

at Ceremoniarum onere defuncti sunt multi non tantum sancti, sed etiam hypocrita. Quare concedendum non fuisse onus importabile; ac proinde non significatas iis verbis à Petro.

XI. Responderet Stapletonus, concedi minorem: sed negari maiorem quia importabile id dictum sit, nō quod omnino ferri non possit: sed quo difficulter. Iam hypocritas potuisse implere, sed magno cum labore, tum propter rerum multitudinem & inanitatem: tum quia non nisi extimot peccata, quam lex intentabat. Sed iustos longe facilius, & expeditius, & iucundius, propter acceptum Spiritum adoptionis.

XII. Sed Stapletonus non agit iudiciose. Verba Petri hæc sunt. *Quis tentans Deum, imposito iugo ceruici discipulorum, quod neq; Patres nostri, neq; nos portare potuimus? Imo per gratiam Domini Iesu Christi credimus nos seruatum iri, quemadmodum & illos.* Nota primo, designati personas, *Neque patres nostri, neq; nos*: At ha persona non erant hypocrita, saltem omnes & tamen omnes negantur potuisse portare. Quorū ergo illud Stapletoni discriben, Hypocritæ magno labore: at iusti facilius? Nam si hoc verum, vtrique portarunt: at omnes Petrus uno fasciculo comprehendit. Deinde, non legis *ducez etate*, difficile portatu, ad mentem Stapletoni sed *en iugis ad ipsos*, Nequiuimus portare. Sunt-ne hæc exiguo dispensata interuallo? Nam hæc sane Petri phrasis non tam in distincte naturam rei definit, quam certam designatamque experientiam indicat. Quomodo, si in genere loquar, dixero, difficile esse vigilare in longum tempus. Sed de peculiari experientia Christus Matthæi vigesimo sexto, *Non potuistis unam horam vigilare mecum.* Nimirum, quia, et si res per se non esset impossibilis, tamen hoc experientia facta esse nos cur istis impossibilis. Itaque non dicendum erat, fuit vobis difficile: nam tum sequeretur eos vigilasse, et si cum labore, at illi non vigilarent. Ita dico Petri verborum hanc vim esse, ut non significet seruatam esse legem, sed non esse seruatam.

XIII. Tertio, confirmatur id ipsum per oppositionem gratiae Domini. Nam haec, et si illud etiam inferat, quod Stapletonus attingit, de viribus infusis: tamen significat potissimum remissionem peccatorum. Itaque si Patres, aequo ut Apostoli, fuerunt per gratiam seruati: ergo remissa sunt peccata. Et si remissa peccata: Ergo lex non seruata. Ideoque illud non id unius non ut sed *basit*, non significat, eos seruasse quidem, sed non sine magna difficultate: tum enim non peccassent: sed potius non seruasse, etiam si multum in eo laborarint, ut seruarent. Ab hac autem Petri oppositione animus fuit Veteribus hoc ipso loco illustrandi doctrinam Pauli de maledictione legis. Ambrosius, tunc quis ille alius est, in 3, ad Galatas ad illud, *Maledictus omnis*. Hoc scriptum est in Deuteronomio: quia, si quis legis praterisset aliquis, maledictus haberetur. Et tantum mandata sunt, ut impossibile sit seruari ea. Vnde & Petrus Apostolus in Actibus Apostolorum ait: Quid imponis iugum fratribus, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare? Sedulius in eiusdem c. illud, Sub maledicto sunt. Quia ita praevaluit consuetudo peccandi, ut nemo tam perficiat legem, sicut Petrus Apostolus ait, Quoniam neque nos, neque patres nostri portare potuimus: Si qui vero iusti non erant maledicti, non ex operibus legis, sed sive gratia saluati sunt.

C A P. XVI

*Status questionis de Imperfectione bonorum operum.*

I. **D**isputata illa parte, qua viuensæ legis impletionem attinebat: al-  
teria nunc sequitur de singulis operibus bonis. In qua versati sunt  
ex Papistis, Latomus ad artic. I. Louaniensem, Auratus Paradoxo 4.4. Al-  
fonsus de Castro contra haereses libr. II. Verbo *Opera*: haeresi 1. Lindanus  
Panopliae libr. 3. cap. 19. & 20. Bellarminus de iustificatione lib. 4. c. 15. Rob-  
fensis ad artic. Lutheri 1. & 32. Bicanus de Iustificatione Calvinistarum  
c. 4. Dominicus à Scoto de Natura & Gratia lib. 3. c. 4. Clingius locorum  
Commun. lib. 1. c. 4. & 30. Pererius in 2 ad Roman. disputat. 4 & in 2. Ge-  
nes. v. 5. Feuardentius Theomachia lib. 8 c. 6. Tapperus articulo Louani-  
ensi II. Vasques disputat. 1. 21. in 1. 2. Carolus Franciscus Abras Racionis  
contra quatuor Ministros Parisiensis sect. 8.

II. Aſteruit Lurtherus, In omni opere bono iustum peccare, Itaque  
eſte omnia bona opera, totidem peccata venialia : & venialia quidem  
non natura sua, iuxta definitionem Papisticae : sed misericordia Dei. E  
andem ſententiam Caluinus amplexus eſt, Institutionis lib. 3. cap. 14. §. 9  
Qualem iuſtiſiam ex suis operibus obtinebunt? Primum dico, quod optimum a  
illis proferri potest, aliqua tamen ſempre carnis impuritate exprefſum, & corru  
ptum eſſe, ac tanquam aliquid fecis admixtum habere. Et paulo post. Ha  
bemus, nec unum a Sanctis exire opus, quod ſi in ſe ceneat, non mereatur iu  
ſtam opprobrij mercedem.

III. Mirum quantopere irritarint ista Pharisaicos crabrones, assuetos  
humanæ iustitiae laudes cantillare: & impatiētes ita deprimi eius suffi-  
cientiam. Primo suo quodam perpetuo moe calumniantur. Clingius  
*Pessime faciunt aduersarij docentes operapia esse peccata, & quod Deo displace-*  
*ant, eaque non curret.* Feuardentius, non tantum esse mortalia peccata  
sed etiam Sanctis obſtaculo fuisse in Paradisum peruenient. De isto vide  
rit Feuardentius: cui solemnis mos multa impudentissime singere. Illuc  
Clingij refutet Tapperus ad articulum Louaniensem 11. *Quod Deo iusto-*  
*rum opera probantur & placent, clarissima sunt Scripturarum testimonia, &*  
*gaudemus Calunij hoc negare.* Et vero objicenti Tridentinæ Synodo, De  
place: e respondebat, *Quis negat? Tantum contendimus fieri non posse, ut absq-*  
*venia placeant.* Sed his mendacijs prolixè refellendis non est quod immo-  
rer quis se fisa produnt.

rer, quæ se se ipsa produnt.

IV. Huc eo pótius, vt doceam quid Papistis sit visum : Concilium Tridentinum Sess. 4. Canon. 25. Si quis in quolibet opere iustum saltu venialiter peccare dixerit, aut, quod intollerabilius est, mortaliter, atq; ideo pœnas eternas mereri, tantumq; ob id non damnari, quia Deus operanon imputet ad damnationem, Anathema sit. Satis severè, & Papistice. Sed nemo marrabit, qui Tapperonum legerit longe diuinus & infoctus ad Longianum

art. 8. qui est de iustificatione, *Hoc iustitia, quia vera est & recta, quamvis imperfecta, ferre potest seuerum Dei iudicium, eisq; opponi, nec solum habitu alius, per quam natura & diuina sumus confortes, & Christo conformati, verum etiam aeternitatem, opera scilicet iusta, qua in Deo sunt facta, merentur a iusto iudice iustum mercedem, quam eam ab eo exigere possemus. Satis inflata? Sed pergit, Non solum igitur opera iustorum seuerum Dei iudicium sustinet, ut reprobandi non possint, etiam diligentissime examinata, discussis circumstantiis, ac diabolii accusacione audita. Nihil enim culpa, nihil deformitas habent. Nam in Christum & Spiritum eius blasphemia est dicere, opera iustorum optime facta Spiritu Christi, & in Deo, esse peccata. Quapropter nulla ratione reprobandi possunt, seuerissime etiam discussa, quum solum peccatum Deo displaceat, & ab eo arguitur: Verum etiam mercedem secundum iustitiam, & non mera ex gratia, recipiunt. Nihil ictis verbis fingi potuit magis Pharisaeum, magis Thraso-nicum.*

V. Existis possumus tandem statum questionis concipere. Opera bona dupliciter considerari possunt: Vel abstracte, vel concrete. Abstracte, in ipsa ratione bonitatis, secundum quam bona esse debent. Quomodo olim Stoici virtutem definiebant, in seipsa consideratam, & secundum impissimam naturam virtutis: itaq; non nisi perfectam omni ex parte. Quomodo Plato rerum omnium ideas ponebat aeternas, quarum perfectione nulla unquam res assequatur. Concreta autem, non simpliciter in illa ratione bonitatis, sed cum circumstantijs opera penitentia, à quibus circumstantijs illa accidit & multa esse & varia, uno verbo, non tam qualia esse debent, quam qualia fiant ab ea natura, a qua sunt.

VI. Quomodo igitur sanitatem in abstracto eum dicimus esse corporis habitum, cui nihil sit commune cum infirmitate, cuique opposita sit non tantum febris, pestis, cancer, sed etiam pallor, pustula, scabies, & tamen lanum hominem pronunciamus, cuius non pustula tantum, sed etiam scabies, vel pallor. Sic, et si concedimus, opera bona, ita proponi, iubet, rique a lege, ut nihil habeant admixtum vitij, possintque perse ipsa placere Deo iudici, & sustinere seuerissimum eius examen: tamen asserimus, hanc esse humana natura peccato corrupte fragilitatem: ut nulla eiusmodi opera dari possint ullius unquam puri hominis, ut non deflectant plus minusue ab exacta legis sua regula. Et quia peccatum definitur *a via*, exorbitatio a lege, nec esset sequi haec opera, quae sic discordant à regula sua, esse peccata. Hoc sensu loquutus est Lutherus, loquutus Calvinus. Nunquam enim dixerit opera bona esse peccata. Sed ille, In omni opero bono iustum peccate. Ita vero: Ne vnum quidem ex sanctis exire opus: quod si in se censeatur, non mereatur iustum opprobrij mercedem.

VII. Papista etiam haec ipsa opera considerant in concreto, & ijs ita consideratis, perfectionem affigunt, et si infra perfectionem, quae in celis est futura, tamen tantum, ut nihil habeant admixtum exratione mali, neque illo modo recedant a rectitudine praescripta in lege. Itaque ex diametro horum sententia opponitur nostra sententia, neque illa fallit homonymia. Videamus argumenta: primum nostra, deinde aduersa.

## C A P . XVII.

## De iusto peccante: Eccl. VII.

I. Primum argumentum nobis esto, ex Ecclesiasticis 7. *Non est homo iustus in terra: qui faciat bonum, & non peccet.* Enimvero qui bonum opus perficit, & iustus est, & perficiendo nihil peccat, quia peccare est deficere. Aut igitur necesse est nullum iusti in terris positi opus esse sine peccato, aut non esse certum Salomonis axioma. At hoc absurdum.

II. Respondent, significari nequoniam esse tam iustum, qui non peccet aliquando, saltum venialiter, at non, qui non peccet tum cum agit bene. Proabant: primo Roffensis a pharsi Hebraica, ubi verbum peccandi est futuri temporis, ac si dixerit, *Non est iustus, qui nunquam peccabit.* Secundo a praecedentibus, Roffensis, & Alfonso de Castro, *Sapientia confortabit Sapientem super decem principes ciuitatis.* Cuius enunciati ratio statim haec redditur, *Non est enim iustus.. Sapientiam esse Christum, siue gratiam Christi: & absque huius sapientia viribus caueri non posse peccatum.* At si dicas in nullo opere caueri posse peccatum, nulla ratio reddetur.

III. Sed enim scio à nonnullis ita locum exponi, etiam nuper, à Ioanne Mercero. Sed Bocanum fatetur posse etiam alter Respondeo, inquit, *Illa verba dupliciter intelligi possunt.* Primo nullus est iustus, qui faciat aliquid bonum, & non semper peccet in omnibus suis actibus: Secundo nullus est iustus, qui semper faciat bonum, & non aliquando peccet. Habes: hoc teste, non esse necessarium eum sentim, quem isti tantum volunt. Imo notandum non refutari à Bocano, hunc nostrum, illo argumento ex contextu, sed tantum ijs argumentis, quibus hanc totam conficiendam sperauit. Prior sensus, inquit, aperte falsus est, ut ex dictis patet.

IV. Sed & Augustinus à nobis stat. Epistola 29 Charitas, *Quamdiu au- geri potest, profecto illud quod minus est, quam debet, ex virtute est, ex quo virtus non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet.*

V. Et vero aliter, inutilis redditur emphasis verborum, *Qui faciat bonum, quae nihil opus erat exprimi, si is tantum significandus erat, qui aliquando peccet: non semper, quandoquidem sufficiet, iustum nominari.* Atqui adeo probant ipsa paraphrases. Roffensis, *Nemo quantumvis iustus suis viribus cauere peccatum potest.* De Castro, *Fatetur nullum esse sine gratia Dei iustum, neq; iustum sine Dei adiutorio posse vitare omne peccatum.* Clingius Ille qui hodie iustus est, cadere potest & peccare. In his tu illud vides expressum duntaxat, quod significatur nomine iusti. Porro haec emphasis, quae sit, iudicetur ex similibus. Nemo tam deuotus est, ut, cum orat, non auertatur a te. An tibi id significare videbor neminem esse, qui semper possit orare, & non aliquando hoc exercitum intermittere? An non potius, neminem esse, qui non in eodem illo exercitio, hoc est, inter fundendum ipsas suas preses, non distrahit a te?

VI. Quod Roffensis tricatur de futuro, leniculum est: Nam scilicet Hebreos ut hoc tempore, ad significandam continuationem, sive

confueritudinem perpetuam, qui nescit, is ne à limine quidem literas Hebraicas salutavit. Exempla dabo infinita, & hæc ex ipso illo capite *Ira in si- nu iusti qui est: Hebraicè פָּנַס quis est: Vitam tribuant possessori suo וְתִרְמֵה vitam tribuet.* Imo id ipsum, *Sapientia confortauit sapientem,* Hebraicè יְחִינֵּב*confortabit.*

VII. Caussam reddi praecedentis axiomatis, primo nulla exigit necessitas: nam necesse est fateri, non posse dati perpetuum *אָמֵן וְזֹאת* huius libelli: sed aceruari multa axiomata, quomodo in rebus moralibus non est infolens, & in libro Proverbiorum feme perpetuum. Tunc autem si *אָמֵן וְזֹאת* placet retineri: longe aptior furta est aduersatia copulatio. *Sapientia confortat Sapientem,* hoc est, ita instruit, ut nihil illo confortius: verum nemo ita sapiens datur, ut non etiam cum facit bonum, peccet. Qui nexus mollissimus, & opinor, ipsum Roffensem haut aliter intelligere, sum, inquam, causam dicere, pro particula aduersatia. Hoc autem modo longe fallitur, cum negat, nostram sententiam non habere hunc nexum. *Sapientia enim non tantum opponit ea infirmitas, qua sit, ut interdum nihil fiat boni: sed etiam illa, qua sit, ut bonum non benefiat.* Ut non tantum excidit à victoria, qui proflus non pugnat, sed etiam qui non fortiter.

VIII. Et vero cum rem reputo diligentius, omnino necesse est ita se habere, ut nos dicimus. Laudatur Sapientia ab effectis: eo quod homo sapiens, nullum habeat munimentum fortius certiusq; ipsa sapientia. Prompta exceptio: sapientes ipsos non raro impingere. Soluitur, quia nemo tam iustus, id est, sapiens, qui non etiam tum peccet, cum sapientissime nititur agere. Enimvero quid nonum, quid tam, quid non vulgare dicat, si dicat, *Tum impingi cum omnino disceditur a sapientia?* sive cum ita peccatur, ut in eo peccato nihil appareat bonitatis, & sapientia? At, qui obiectio eo fortior est, quod non tantum impingant sapientes, si quando quid agant temere, sed etiam tum, cum omnibus suæ prudenter conuocatis viribus, tamen non vindique propiciunt sibi, ut non hac velilla parte deficiant. Iraque hic sensus longe est contextui aptior, & verba diligentius expendit: & utilitatem suam longe profert latius.

## C A P . XVIII.

## De iustitia immunda.

I. *A* Lius est locus Esaiae 64. *Facti sumus ut immundi omnes, & quasi pannus menstruatus & vniuersa iustitia nostra.* Quæ verba tam sunt dicerca, tam emphatica, ut commentarij nullis indigere videantur. Nos omnes, sine dubio etiam iusti: nam in ijs Prophetæ. Immundi sumus: Potuit id dictum videri proper peccata sive recurrentia, de quibus praedictus fuit Controuersia: sed attende, *Iustitia nostra, inquit, id est, opera nostra quæ bona dicuntur: omnes ergo haec iustitiae.* Quid sunt? *Gratia Deo?* Per se gratia Deo? Imo quasi panus menstruata. Cogitent cetera, cordati. Certe non poruit Lutherus, non poruit Calvinius, quicquam adiicere.

II. Negant hunc locum ad rem pertinere: quod nobis quidem aliter videtur, nec primis. Sed habere tamen se putant iustas negandi caussas, quas prolixè Bellarminus executus est: nos etiam ordine. Prima est: Quod sine dubio non sit Prophetæ loquutus de iustis: sed de insignibus peccatoribus, quorum ob sceleris tradenda esset cinctus, & totus populus in manus regis Babylonis. Probant à praecedentibus: *Ecce tu iratus es, & peccatum: Hoc est, interpreti Cyrus: Quia iratus es, deseristi nos: deserti autem resistere non potuimus.* At primo Deus non irascitur iustis sed legit eorum peccata: secundo, iusti non deseruntur à Deo. Probant iterum à consequentibus, *Non est qui inuocet nomen tuum: non est qui consurgat, & teneat te.* At iusti Deum inuocant. Probant tertio: quia Scriptura vbique laudet opera iustorum: imo hoc ipso c. Esaias, *Occurristi latenti, & facienti iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui.* Ergo non est loquetus de operibus iustorum.

III. Respondeo: Contra certum esse loqui de ipsis operibus bonis iustorum. Et ita visum iam olim Bernardo, de Verbis Esaiae serm. 5. *Nostra si qua est, humili iustitia, recta forsan, sed non pura.* Nisi forte meliores nos esse credimus, quam patres nostros, qui non minus veraciter, quam humiliiter, aiebant: *Omnis iustitia nostra tanquam pannus menstruata mulieris.* Quomodo enim pura iustitia, ubi adhuc non potest culpa deesse? Idem de Verbis Origenis: de Paulo agens, *Vt nec in se quoq; peccati conscius haberetur: sed non in hoc, inquit, iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.* Illius enim prorsus nequo declinare iudicium, & si iustus fuerit, non tenet caput, quoniam omnes iustitia mea tanquam pannus menstruata coram illo. Non est, qui in conspectu eius iustificetur: non est usq; ad unum. Ceterorum siquidem nemo est, quem non oporteat dicere Deo, *Tibi peccavi, sed magnus, qui in veritate potest dicere, Tibi soli.* Dionysius Carthusianus in Psalmum 142. *Quid est, quod Ezechias, Hieremias, Ester, Iudith, alijs multi leguntur, sicut coram DEO iustitiae, atque perfectiones principias allegant?* Et respondendum, quod non simpliciter, sed humano modo se iustos dixerunt, scientes utique, quod omnes eorum iustitia efficit coram Deo, sicut pannus menstruata.

IV. Et vero manifesta res est Primo enim iræ diuinæ in Israelitas redditur caussa à peccatis Israelitarum. At hæc ita omnes Israelitas comprehendebat: non autem aliquos duntaxat, id est, sceleratos: Ergo & causa debuit non minus late patere. Alioquin videretur Esaia iustitia Deum accusare, qui propter sceleratorum peccata insontes punire, & quidem ei iusti insontes, quorum bona opera sustinere possent seuerissimam eius iustitiam. Cum tamen Abraham protestatus sit, se non punitur Sodomitas, vel propter decem iustos. Secundo, phrasis est aperta, *omnes iustitia nostra,* id est, Iudæorum. Athoc falsum, si excipitur iustitia iustorum.

V. Nam quod Bellarminus excipit: morem esse Scripturæ, ut loquatur de multis quasi de omnibus: frequentissimum esse non negauerim, quan-

quandoquidem ita vulgo solent homines, quorum vocibus contexta est Scriptura: sed esse perpetuum nego. Ethic non esse id, quod de peccata obseruatum est, evincit.

VI. Non est autem argumentorum difficilis nodus. Non irascitur, a iunt, iustus Deus, neque eos deserit. Atqui vtrumque falso. Psalin. 74. *Irratus est furor tuus super oves pacui tui. Exod. 4. Et incensa est ira Iehoah in Mosem. Esaie 12. Confitebor tibi Domine, quoniam iuratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolans es me.* Ergo inquam, irascitur Deus interdum suis, id est, iustus. At non deserit. Imo & deserit. Esaie 54. *Ad punctum in modo dereliqui te: in miserationibus magnis congregabo te. Psalmus 22. Deus meus: Deus meus, quare dereliquisti me? Hac n. a. iusta. Tantum distinguendum, Iram Dei alias reprobationis esse, quae aduersus iustos nulla sit inquam: alias correptionis, quae omnibus communis: non sceleratis tantum, sed etiam iustis: utrūque tamen propter peccata. Eodem modo & desertio iudicanda temporalis, & aeterna. Illa, quae homines permittit ad tempus iustari cum malo, interdum culpæ, sapientia peccata: Hac, quæ iisdem laxat habenas, ut à peccatis in peccata delapsi, peccatas dent tandem aeternas. Hoc modo iustos, id fideles, nunquam deserit Deus: sed illo tantum. Itaque ista non vertant, quominus de iustis Esaie sit loquitur.*

VII. Sed iusti inuocabant Deum. Imo ne hi quidem soli. Nam etiam scelerati iusta. Esaie 29. *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor autem eius longa est a me. Inuocabant ergo: sed non quomodo oportuit inuocari. Itaque male inuocabant; alii quidem plus, alii minus male: sed omnes tamen minus bene quam oportuit. Et hoc significauit Esaie: quia iusti nunquam se putant r̄t̄mis peccata sua exaggerare.*

VIII. Laudat Deus opera iustorum. Imo & probat, & muneratur. Quid tum? Illud iuste interest, utrum ex iustitia, an ex misericordia, siue gratia. Hoc cum non distinguit Sophista, nihil agit. Si laudet ex iustitia rigore, admiserit, ea nihil admixtam habere defectus. At si ex gratia, secus. Tum vero iusti, de suis operib, non ita iudicant, quomodo Deus ex gratia. Imo tum sese condemnant, cum Deus eos absolvit. Hic autem exhibet nobis Propheta luculentum specimen confessiois iustorum, qui ut loqueretur Bernardus non minus veraciter, quam humiliter, dicunt, omnes iustitiae nostræ tanquam pannus menstruatæ.

IX. Secunda ratio: Quia Propheta loquitur tantum pro eo tempore, quo tradendi erant Israelitæ in captiuitatem Babyloniam propter sua scelerata. At non sequitur: Si quodam tempore totus populus fuit malus: Ergo & omni semper tempore.

X. Respondeo, concedo loqui Prophetam de suo tempore. Sed non de sceleratis tantum sui temporis: verum etiam de iustis: ut diximus, & quidem cum emphasi: Nam iustitiae nostra significant, quicquid in nobis iustissimum est. Itaque duo confici necessaria consequentia. Primum, nihil esse absurdum: imo nihil esse blasphemum: cum docemus iustissimum quemque peccare in sua iustitia, id est, in bono opere: quod tamen aduersarii mitis modis exagitant. Si enim esset aut absurdum aut blasphemum: ergo nunquam esset verum: ideoque non veraciter diceret Propheta. Secundo: si verum fuit de Patribus, multo magis de reliquis omnibus: quæ mens fuit Bernardi, cum diceret, *Nisi forte meliores nos esse credimus, quam patres nostros.* Quod est absurdissimum: cum in iis patribus, ipse fuerit Esaies. Vnde ab eodem Bernardo applicatur eadem verba Paulo. Et à Carthusiano, iis omnibus, qui suis iustitiis allegarunt coram Deo, quales fuerunt Ezechias, Hieremias, Ester. Itaque axioma iam fit vniuersale, omnium iustorum iustitiae, coram Deo, sunt tanquam pannus menstruatæ. Aut enim hoc verum vniuersaliter; aut omnino falso sum de Esaie, Paulo, Hieremias, Ezechia, Ester.

XI. Tertia ratio: Quia non loquatur Propheta nisi de Ceremoniis legalib. sacrificiis, neomenis, & similib. Itaque non dixit omnia opera, sed omnes iustitiæ esse quasi pannum menstruatæ.

XII. Sed hæc ratio, tam nuda ab argumentis, tam imperiose pronunciata, mirum cui fano placere possit. Vtus est Propheta vocabulo ḥ̄בְרָא: Septuaginta, δικαιούμενος. Latinus iusticias reddidit. Non potest autem vnum locum dari posse, quo eadem hæc vocabula usurpantur pro ceremoniis. Sed ei vicinum Græcum δικαιούμενος, crebro, à quo Editio Latina iustificationes dixit, barbare. Est enim pro Hebreo חֲדָקָה, quo omnia significantur instituta diuina, tum moralia, tum ceremonia, tum politica. Et quidem non quatenus obseruantur ab hominibus, sed quatenus imperantur à Deo: ea enim vis est Hebræi vocabuli. Sed & stylus indicat: quandoquidem semper legas δικαιούμενος κατεβι. Cuiusmodi exempla dari possunt infinita. Ineptus sit autem, qui à voce δικαιούμενος, velit metiri τὸ δικαιούμενον.

XIII. Alphonſus à Castro, & Roffensis, & Clingius, quartam rationem addunt, Quia loquatur Propheta de iustitia legis, sine fide in Christum. Opera autem fidei non sint talia.

XIV. Sed respondeo, differentiam iustitiae ex lege & ex fide non esse in operibus oppositis: sed in operibus & gratia: nimur quia iustitia ex lege iudicatur tantum secundum opera: at iustitia ex fide secundum gratiam quae remittit peccata. Itaque hæc potest esse in peccatorib. illa veronon potest. Nos autem nunc disputamus de iustitia ex operibus. Itaque importuna est transitio ad iustitiam ex fide. Itaque Bernardus etiam operibus Pauli, hanc aptavit sententiam, quæ tamen siebant ex fide. Et vero qui in Veteri Testamento iusti erant, Esaies, Ezechias, Hieremias, Ester, si non destituerantur fide: quare eorum opera erant etiam ipsa ex fide. Quare illorum idem iudicium, cum iis quæ sunt in Novo Testamento.

## C A P. XIX.

*Putris arbor. Non perficere bonum.*

I. **H**uc pertinet illud Christi Matthæi septimo, *Putris arbor fert fructus malos. Non potest arbor bona fructus malos ferre: neque arbor pura fructus bonos ferre.* Est autem omnis homo in hac vita, arbor putris. Ergo

non potest bono fructus ferre. At in quibus operibus nihil est omnino peccati, & quæ possunt sustinere seuerum examen iustitiae diuinæ, ea sunt bona. Ergo nullus homo, in hac vita, potest opus edere, in quo nihil sit peccati.

II. Roffensis contra: Omnis arbor bona profert bonum fructum: At omnis homo per gratiam iustificatus, est arbor bona: Ergo omnis homo per gratiam iustificatus fert bonos fructus: id est opera, quibus nihil sit peccati.

III. Respondeo, à Christo opponi διόποια γαρ οὐδέποτε οὐτεγάρ. Est autem οὐτεγάρ, proprie, id quod a bono statu degenerauit in aduersum. Degenerationis autem vari gradus sunt, non tantum ille extremus, quem nihil residuum est boni: sed etiam intermedij, cum putredo inuasit. Itaque bonum, quod οὐτεγάρ est contrarium, continet necessario gradum oppositum omnibus τοῖς οὐτεγάροις gradibus: nimur in quo nihil sit putredinis. At homo in hac vita, quantumvis per gratiam iustificatus, nullus est in hoc gradu bonitatis. Non potest igitur designari per arborem bonam. Quo enim iure ναρητες καλειται intelligent aduersari opera bona, in quibus nihil inquit peccati: at διόποια γαρ οὐδέποτε οὐτεγάρ, id est nullum peccatum? Non esset enim ea proportionis inter διόποια οὐτεγάρ, & ναρητες καλειται: quam tamen ponit Christus. Quod si retinetur proportio, profecto, si discedatur ab extrema perfectione bonitatis in arbore, necessario discedendum est ab extrema perfectione bonitatis in fructibus. Et ponere oportet opera bona, in qua nihil sit itidem peccati. Et contra, si arbor ponitur ita bona, ut aliquid habeat οὐτεγάρ, etiam opera ita erunt bona, ut habeant etiam aliquid πονητον.

IV. Clingius responderet aliter: Bonum opera prodire à charitate: à somite vero, id est, concupiscentia, opera mala. Concile admodum. Sed Roffensis perfect, opinor, Sicut fomes in multis hominibus usque ad eo dominatur, ut nullum fructum non faciat malum: ita par est, ut vici-sim gratia in bonis dominetur, ut aliquem fructum pariat, qui sit absolute bonus.

V. Sed qui locum legerunt apud Euangelistam, facile vident hos Sophistas tergiuersari: & Christum arboris nomine significare homines, non autem aut concupiscentiam aut charitatem. Canete, inquit, à Pseudo-proprietate: *a fructibus eorum cognoscetis eos: vnde reliqua sequuntur. Itaque neque concupiscentia, neque charitas arbor est: sed vtraque, qualitas in arbo-re, secundum quam hæc dicitur vel bona, vel mala: & secundum quam fructus exunt vel boni, vel mali.*

VI. Et illud quidem Roffensis verum, oportere dari quosdam bonos, in quibus ita gratia dominetur, ut fructus pariat absolute bonos. Sed quando isti dandi sint: hoc vero queritur, nec Roffensis explicat. Nos dicitur dicimus in futura vita: in hac negamus. Ratio facilis: quia quemadmodum concupiscentia plene regnante, fructus qui inde sunt nihil habent bonum: ut fructus nihil habeant mali, necesse est charitatem plene dominari. At qui in hac vita nunquam plene dominatur, ut non contra cato concupiscat. Quare in eadem vita: fructus non possunt esse absolute boni: sed saltem secundum quid mali. Quare nihil vetat, quominus iustorum in hac vita opera etiam optima sint quadrantibus peccatum.

VII. Idem hucus probamus ex Paulo ad Roman. 7. *Velle adest mihi: sed ut quod bonum est perficiam, non assequor. Manifesta vis argumenti. Nam si opera nonnulla dentur iustorum absolute bona, ergo iusti non tantum vellent, sed etiam assequerentur ut perficerent. At hoc si de se negauit Paulus, de quo speremut asseri?*

VIII. Et causa est in promptu, Concupiscentia, cuius motus nonnulli sunt in quicquam, quandiu quisquæ hanc vitam agit: concupiscentia, quæ charitatem minuit, cum in proximum, tum maxime in Deum, à quo identidem nos abducit. Est vero amor Dei forma omnium bonorum operum, per quam sunt id quod sunt, nimur bona: adeo ut quo minor ille est, hoc magis de mali illa participare sit necesse. Cum ergo propter concupiscentiam se negauit Paulus assequi, ut perficeret: & concupiscentia in nullo non sit: Ergo ab eadem causa in omnibus idem effectus.

IX. Sed aduersari negant, quemlibet charitatis defectum esse peccatum: distinguentes perfectionem huius vita à perfectione futuræ. Qua de reatum latet in praecedente Controversia.

## C A P. XX.

*Ex Patribus.*

I. Robarunt idem Patres. Augustinus Epistol. 29. quæ est ad Hieronymum, *Virtus est charitas, qua id quod diligendum est, diligitur: hac in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est: plenissima vero, que iam non possit augeri quandiu hic homo vivit, est in nemine: quandiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est, quam debet, ex virtute est. Ex quo virtus, non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Ex quo virtus, non iustificabitur in confessu Dei omnis viuens.* Propter quod virtutum, si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos metipos seducimus, & veritas in nobis non est, propter quod etiam quantumlibet proficerimus, necessarium est nobis dicere, *Dimitte nobis debitum nostrum.* Idem de Perfectione, resp. 15. Peccatum est, cum vel non est charitas, vel minor est, quam debet: sine hoc voluntate vitari possit, siue non possit.

II. Respondeo Bellarmino: peccatum nominari ab Augustino, largo modo, non propriæ. Et probat: primo, quod idem eod. lib. neget pro concupiscentia orandum, *Dimitte nobis debita nostra: tum quia libro de Spiritu & littera, c. vlt. neget esse ad culpam deputandum, quod charitas in hac vita non sit tanta, quanta in patria.*

III. Sed hæc est οὐτεγάρ, vel ipsa lectio demonstrat. Iis enim circstantiis describitur hoc ipsum siue vitium, siue peccatum, ut ambigui non possit propriæ dici. Primo enim de actibus voluntatis agit Augustinus. At in his vitium nullum dici potest, non peccatum. Secundo: id vitium deservit, minus esse, quam debet: ubi manifeste indicatur prescriptum legis: b

hac autem lege omnis defectus, est peccatum proprium, quia est *avulsa*. Tertio, qui loci Scripturæ conferuntur ad huius vitij naturam explicandam, non possunt nisi de peccato proprio dicto intelligi. Id enim, nec aliud intellexit Ecclesiastes, cum negauit, *vulnus esse iustum*, qui faceret bonum, & nō peccaret. Id ipsum, & non aliud habuit in animo Psaltes, cum negauit *vulnus iustificandum coram Deo*. Id ipsum, & non aliud cogitauit, cum si peccatum non habere negauerimus, proautem, veritatem in nobis non esse. Denique id ipsum neque aliud iudicauit Christus, cum iussit postulare remissionem peccatorum.

IV. At negauit Augustinus alias, pro Concupiscentia postulandam remissionem. At afferuit, inquam Augustinus hoc ipso loco pro hoc ipso vitio necessarium esse dicere, *Dimitte nobis*. Hoc ipso inquam, loco. Diserta enim verba, Propter quod etiam quantumlibet proficerimus, necessarium est nobis dicere, *Dimitte nobis debita nostra*. Quid illud est, propter quod? Recole ab initio, *Illud quod minus est, quam debet ex virtute est*.

V. Sed agnoscet tamen alibi dictum pro Concupiscentia, non esse postulandum remissionem. Quid ergo sibi ne contradicens Augustinus? Non putem. Putem potius Sophistæ propositum fuisse, puluere iniecto, lectorum turbare, vt interea euadat. Sed ego facile distinguo. Aliud esse concupiscentiam aliud id vitium, de quo nunc sermo. Illam esse causam, hoc effectum. Illam pertinere ad originis peccatum, hoc ad actualia. Illam etsi vere peccatum sit, tamen esse iam dimissam in Baptismo, adeo ut non sit opus nostra remissione. Hoc vero, quia quotidie recurrat, quotidie etiam esse remittendum. Quare non sequitur, si pro concupiscentia semel remissa, non sit quotidie orandum; ne eis quidem effectus est peccatum.

VI. At idem negauit imputandum esse culpæ, si non sit perfectio tanta in via, quanta in patria. At hoc nobis iam explicatum est: & obseruatum dici, non absolute, sed ex hypothesi: si daretur, quisquam perficiens totam legem, tanta perfectione quanta potest cadere in hanc vitam. Quæ hypothesis directe euertitur, posito hoc virto, de quo hic loquitur Augustinus: quia id vitium in eo est, quod non tantum est charitas, quanta esse debet: itaque longe absit ab impletione legis. Ac proinde merito imputatur culpæ: ipso Augustino iudice.

VII. Rursus Augustinus libr. 3. cont. duas Epistol. Pelagianor. cap. 7. Quomodo est dicenda sanitas plena, ubi etiam de Angeli Sathanæ colapso adhuc est necessaria medicina? Ex quo factum est, Virtutem, quæ nunc est in homine iusto, perfectam hactenus nominari, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quæ o etiam quid sibi desit, intelligit. Audiri! Ipsam iusti Virtutem esse imperfectam est, a iusti virtus iustitia, id est, obseruatio mandatorum, effectio bonorum operum. Ergo ipsa illa obseruatio, ipsa illa effectio, est imperfecta. Porest ne hæc imperfectio esse sine vlo peccato?

VIII. Respondet Bellar. Imperfectionem Augustino dici, ex comparatione cum iustitia beatæ vitæ. Verum hanc imperfectionem in toto hoc libro, nusquam dici peccatum.

IX. Ego concedo, imperfectionem dici secundum eam comparationem. Quomodo enim potuit, aliter? Nam imperfectio nulla est, nisi ex defectu perfectionis: at hanc perfectionem legis implendæ negat esse Augustinus. nisi in beata vita. Ergo necesse habuit hanc imperfectionem illustrare, imo demonstrare ex comparatione eius vitæ. Maxime, cum esset ei negotium cum Pelagianis obijcentib. aliquos à Paulo dictos perfectos: quib. ut satisficeret, geminam disiunxit perfectionem: unam simpliciter, alteram *xanu*: & hanc quidem adeo *xanu*, ut proprie non sit perfectio: quia omnis perfectione proprie, est etiam absolute.

X. Non esse hanc imperfectionem, peccatum, non tantum falso, sed etiam absurde negant Papistæ. Est n. perfectio illa alterius vitæ, posita in impletione legis. Itaque in imperfectione oportet hanc deesse impletionem. Deesse ergo aliquid. Vnde Augustinus de Paulo, illo eodem c. Apostolus & imperfectum, & perfectum se dicit. Imperfectum scil. cogitando, quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc elicit. & si sit perfectum autem, quod & suam imperfectionem confiteri non erubescit, & ut perueniat, bene procedit. Imperfectio ergo est defectus iustitiae: atqui hæc ipsa est definitio peccati. Quare ipsa illa imperfectio necessario est peccatum. Nisi naturam rerum Sophistæ liceat pervertere,

XI. Imo falsum ponit Bellarminus, non dici ab Augustino peccatum hanc imperfectionem. Quanquam coeuise, ut non simpliciter negaret Augustinus usquam dictum: sed in hoc libro. Quod cur sit factum, querant alii. Ego nihil interesse futo, utrum hic dixerit, an alibi. Iam autem recitauimus eius verba afferentis hanc imperfectionem: id est, quod minus est, quam debet, esse à virtute. Sed n. quam mentem Bellarmino fuisse dicam; qui potuit legere hoc ipso capite, peccatum si non nominatum, saltem digitu ostentatum? Hanc enim imperfectionem cum illustraret ab exemplo Pauli; ratio eius inde sumpta, quod Sathanæ colapso indigerit ad medicinam. Et ita sciunt omnes, fatentur ipsi Papistæ, significaria Paulo, id quod in se resumuit habuit peccatum.

XII. Praeterea hanc ipsam imperfectionem describens præmisit, Studium præcepta seruandi gratia Dei tribuit, quæ si quid etiam in præceptis minus seruantur, ignorari propter quod orando dicimus, & Fiat voluntas tua, & Dimitte nobis debita nostra. Claudiens etiam caput, addidit, Illa perfecta magnitudo iustitiae, eis qui hic mandata fecerunt, premium dabitur, non & ipsa facienda mandabitur. Sed ita dixerim, mandata fecerunt, ut ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua quotidie veraciter dicunt sancti filii promissionis, Fiat voluntas tua, & Dimitte nobis debita nostra. Tum fidem, Bellarmino, quid hæc sibi volunt? Primo, si quid minus in præceptis seruantur. Nō significatur ita peccatum? Deinde, illud, Dimitte nobis debita nostra; illud, inquam, pertinere ad hanc imperfectionem. Non videretur tibi ita præceptis appellatum peccatum? Vide, quid dicas, & ne tuo vnuj iudicio, nimium confidito: imo reputato esse alios a te, non pecora.

XIII. Gregorius, cognomine Magnus, in eandem sententiam multus est. Moralium 9. cap. 2. Sanctus vir, quia omne virtutis nostra meritum esse virtutum conficit, si ab interno arbitrio districte iudicetur, recte subiungit, Si voluerit contulerit cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Cap. 8. Reente Deus interrogat, cum nos ad distinctionem sui examinis inopinatos vo-

car. Sed interrogatio illius homo respondere non sufficit, quia, si remota tunc pietate discritur, in illo examinatur etiam iustorum vita cum cibis. Cap. 11. Quin etiam si habuero quipiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Ut enim sepe diximus: omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur, si districte iudicetur. Prece ergo post iustitiam indiget, ut quæ succumbere a secessu poterat, ex sola iustitia pietate conualefaciat. Lib. 3. c. 6. Si de his diuinis districte discutimur, quis inter ista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura mala sunt: & bona qua nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt? Et liber. 9. cap. 19. Notandum, quod vir sanctus non ait, Fulserunt mundissima manus mea, sed velut mundissima manus mea: quia quoque pœna corruptionis adstringimur, quamlibet rectis operibus infidemus, veram munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur, unde & apte subiungitur: tamen sordibus intinges me, Deus nos sordibus intingere dicitur, intinctos sordibus demonstrare: quia, quanto ad illum verius per bona opera surgimus, tanto subtilius vita nostra sordes agnoscimus, quibus ab eius misericordia discordamus. Gregorius his verbis docet, primo, non esse puram hominis in hac vita iustitiam. Secundo, si à summō iudice districte iudicetur, non posse confiteri, sed eius meritum esse viuum. Vtrumque directe contra quam Papistæ afferant.

XIV. Papistæ, qui se huius autoritatem premi sentiunt, varie declinant. Respondent ergo, primum de persona, deinde de re: De persona Alphonsus de Castro, Primo se mirari, quod non veremur eo teste vii, cum Sanctorum testimonia pro libito reiijcamus, dicentes fuisse homines, qui potuerint decipi. Secundo eleuari a nobis ipsis eius testis fidem, quandoquidem nullum in operibus agnoscamus meritum: quod tamen in hoc ipso testimonio Gregorius agnolcat. Quare aut meritum nos debere confiteri, aut non vrgere testimonium Gregorij. Quia iustum sit, ut arma sint æqualia, & vt, qua mensura quisq; metiatur, eadem & ipse menluretur, & ne in sacculo diuersa sint pondera.

XV. Sed nos contra, in primo, dicimus manifestam esse calumniam. Non enim verum, nos pro libito reiijcere Patrum testimonia. Quod vniuersæ nostræ disputationes testantur. Agnoscimus fuisse homines, & potuisse decipi, quod ne Papistarum quidem obstinatissimum quisquam potest negare, sed testimonij illis nullum pôdus esse non dicimus: tantum non patimur æquare autoritatem Sacris Scripturis. Tum autem, quis nescit posse proferri testimonia etiam illorum, quorum fides sit suspecta proferentib. Nimirum, cum non est suspecta aduersariis. Et maxime, cum velut ex eorum sinu producent. Sic olim licuit accusatoribus producere seruos aduersus herum. At Gregorium Papistæ, etiam adorant, nedum non habent suspectum: & eo loco habent, qui ne publice potuerit falsum docere, nec priuatim facile potuerit in haeresin incidere. Itaq; etsi nobis est suspectissimus, tamen possemus ut Papistas vrgere eius autoritatem.

XVI. In secundo, primo eadem ratio, quæ in priore, quia etsi in alijs capitib. contra nos pronunciet Gregorius, tamen pôt in isto produci à nobis testis. Quomodo Augustini autoritate vtruntur ipsi Papistæ, qui tamen non probant, quacumque August. probauit. Imo ne omnia a quidem, quæ Gregorius: nam illud saltem, de Traiani anima, fugillatur à Baronio, nec omnibus aliis placuit. Neq; vero illa de armis æqualib. de eadem mensura, de diversis ponderib. eo pertinent, ut si vnum in uno aliquo probetur, ideo reliqua omnia probanda sint. Neq; hac exceptione Apelles vñus est aduersus Sutorem. Deniq; hoc idem meritum, quod hic Gregorius, nos profecto etiam in omnibus operibus agnoscimus, & confidenter pronuntiamus: Omne virtutis nostra meritum esse vitium. Nec de metito contra Papistas disputationem, nisi quia negant, esse meritum, vitium.

XVII. Sed hactenus de testis persona. Nunc de re, respondent. Non esse eam mentem Gregorij, ut doceat omne opus bonum esse peccatum. Hoc Rofensis probat, quia alibi docuerit, quædam fieri sine culpa. Quod nos negamus, sed post viderimus in argumentis aduersarijs.

XVIII. Ipsa Gregorij verbâ dum penitent diligentius, in varia abeunt commenta. Roffensis iustitiae homonymiam videtur distinguere, ut alias sit vniuersalis comprehendens cursum integrum vita Christianæ, alias vero consideretur in singulis operibus. Gregorium, non de aliquâ vna peculiariter velle intelligi, sed de iustitia ipsa, quæ virtutes nostras omnes complectantur simul & totius humanæ vita progressum: nam huius iustitiae meritum, si ab interno arbitrio, districte iudicetur, multis vitijs scatere, propter opera plurima, quæ venialib. non careant delictis, licet enim aliqua sint opera, quæ peccato careant, tamen multo maiorem esse numerum eorum, quæ venialiter taliter inquinentur. Et hoc videretur Bellarmino placere, cum illud perpendit: Vitam iustorum in iudicio succumbere: notat enim non dictum, opera succumbere.

XIX. Bellarminus, pluribus intentus est. Primo arripit illud, *Districte*: Si ab interno arbitrio, aiebat Gregorius, districte iudicetur. Districte ergo iudicari, nihil aliud esse, nisi ex his, quæ homo ex se habet, remotis donis gratia. Probat. Quia cum Greg. districte iudicari dicit, qui se Deo comparare, & cu eo contendere velle dicit, qui non agnoscit se à Deo habere, quod habet: itaque propter superbiam, prius amittit dona Dei, quæ accepérat, & seuere secundum propriam iudicatur.

XX. Sed id ipsum haud paulo aliter Alphonsus de Castro. Posse Deum, si vell plura & maiora à nobis exigere, quam nunc exigit: cum tot, tantaque in nos cōtulerit, ut si millies moriamur, si omnes animæ virtutes compleamur nihil dignum geramus ijs quæ percepimus. Deum ergo pro sua misericordia consideranter, quod caro simus, & lutum fragile, & quod fortitudo nostra non est fortitudo lapidum neque caro nostra ænca est, noluisse à nobis tot, tantaque exige, sed solam de cæpræceptorum possibilium nobis obseruationem. Itaq; adiecta hac conditione, inquit, nos etiam fatemur, omne opus hominis bonum, esse vitium, si Deus illud districte iudicare velit, iuxta rationes debitorū, quorum illi ex natura sumus debitorū, & non iuxta misericordia sua rationem, quæ rigorem illum iustitiae temperare voluit.

XXI. Secundo, quod Gregorius dixit, *Verum munditiam nequaquam apprehendimus, sed imitamur*, munditiam esse Dei, & beatorum, cuius comparatione nostra vera esse non videatur, quamvis absolute sit vera. Sic enim dicere quinti Moralium, vigesimo sexto, *Humana iustitia diuine iustitiae comparata, iniustitia est; quia & lucerna in tenebris fulgere cernitur sed in Solis radio tenebratur*. Et liber. vñus, cap. 1. *Omnia humana, quæ*

*iusta & pulchra sunt, Dei iustitia, & pulchritudini comparata, nec iusta nec pulchra sunt.*

XXII. Denique illud, *Bona, qua nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt, non significare, omnia bona opera nostra impura, sed nou omnia posse esse pura: quia fieri non possit, ut non aliquando subrepar aliquid, quo bona opera vitientur.*

XXIII. Sed horum commentorum nubem dissipabit ipse Gregorius, quemlibet plenius excutere. Primo negari ab eo veram munditiam nos habere, & pura esse opera bona, dissimulari cum non possit, quod de mente disputatur, frustra est. Dico enim ab eo indicari duas causas. Ita enim habet libr. 9. cap. 11. *Vt saepe diximus, omnis humana iustitia, iniustitia esse coniunctur, si directe iudicetur. Prece ergo post iustitiam indiget, ut quae succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualefacat.* Quae cum plene à perfectiorib. habetur, haberi de illa quippe dicitur, *quia mens humana, & comprehensa vix peragit, & valde extrema sunt, quae comprehendunt. Non obsecute.* Prima causa in comprehensione, altera in actione. Illa, quod non tota iustitia comprehendatur. Imo adeo non tota, ut quae comprehenduntur, valde extrema sunt: & quidem non à vulgo, aut iniciatis multis, sed perfectiorib. & quidem cum plene habetur. Hæc esto prior causa.

XXIV. Altera causa in Actione est: significata his paucis verbis, *Comprehensa vix peragit, quæ quia pauca, ideo sunt obscura.* Illustremus ergo aliunde. Dico igitur hanc imperfectionis partem significare aliquid esse in operibus bonis viri, & peccati, quo polluantur, & fœdantur: unde illud, *vix fieri, significet, non quod Papistæ vellent, opera bona perfici quidem, sed tamen non facile: quomodo, qui impetum fluminis superant magno labore, vix perueniunt ad portum, perueniunt tamen: sed aliud, nempe non tantum imperfecte capi bonum, sed etiam, non tantum non perfici: refert enim implicatio contradictionis: verum etiam id ipsum imperfectum quod concipitur non effici, tantum inchoari, & magno tamen labore inchoari.*

XXV. Probo ergo intelligi Gregorio, ipsa bona opera habere admittum peccatum. Eiusdem ergo libr. c. 13. exponens illud, *Etsi simplex fuerit, hoc ipsum ignorabit anima mea, multis modis illustrat hanc iustitiae imperfectionem. Plerumque si scimus bona, inquit, qua agimus, ad elevationemducimur: si nescimus, minime feruamus.* Quis enim, aut de virtutis sua conscientia, non quantulumcumque superbiat: aut quis rursum bonum in se custodiat, quod ignorat? Rursum, *Sæpe recto studio, curia delinquentium culpas accendimur: & cum ultra equitatis metas per iram rapimur, hoc velut iusta distinctione affidamus: Sæpe officium predicationis assumimus, ut per hoc fraternaliter utilitatem seruamus: sed nisi placeamus, cum loquimur, nequaquam libenter accipitur, quod predicanus: cumque placere mens visiter studet, ad amorem laudis propria tur: piter desfluat: & qua à capiuitate vitiorum alios curabat eruere, ipsa suis fauoribus incipit captiuas servire. Quasi latrunculus quippe est, appetitus laudis humana, qui recto itinere gradientibus ex Latere iungitur, ut ex occultis, educito gladio gradientium vita trucidetur. Cumque proposita utilitas intentio ad studia priuata deducitur, horrendo modo unum idemque opus culpa peragit, quod virtus inchoavit. Sæpe, & ab ipsis exordiis aliud cogitatio expedit. (sic enim lego non expedit) aliud actio ostendit. Sæpe se fidelem sibi, nec ipsa cogitatio exhibet, quia aliud ante oculos mentis versat, & longe aliud ex intentione festinat. Alia subicit in eandem rem. Cap. 17. ad illud, *Verebar omnia opera mea.* Ac si humili confessione dicereatur: *Quia aperte egerim, video. Sed quid in his latenter pertulerim, ignoro.* Sæpe enim bona nostris actibus concupiscentia terrena subiungunt. (Horum verborum mihi sensus non constat) Sæpe desidia interueniente descidunt, *quia à feruore quo cœpta sunt, frigescente amore, tabescunt.* Quia ergo culpa surreptio, vel in ipso virtutis actu, vix vincitur, quid ad securitatem supereft, nisi ut studio semper, & in virtute timeatur? Et 19. Intentiam quippe Deo animam, ipsa adhuc corruptibilis caro diuerberabat, eiusq; amoris pulchritudinem obsecans, & illicitis cogitationum motibus fœdat. Quin etiam quod ita dixit indefinite, sibi ipsi applicat post. c. lib. post. claudens opus vniuersum, ubi profitetur, & confitetur in hoc ipso suo bono opere, sensisse se motus non bonos: *Bona, induit, si qua dininitus accipiens, dixi meo, videlicet ratio minus me dixisse profiteor.**

XXVI. Hæc omnia intelligi non possunt indefinite de toto cursu iustitiae continuatae per multos actus. Sunt enim dicta de singulis eius iustitiae actibus, & asserunt his singulis hæcere aliquid peccati. Itaque perit funditus prima solutio, que erat Roffensis. Et concluditur id ipsum quod scripsit idem Greg. libr. 9. c. 18. *Særema pietate, discutimus, opus nostrum paena dignum est, quod remunerari præmiis præsolamur.*

XXVII. Eadem opera, & illud perit εοφδ. φαρμακον, de vera munditia. Etsi n. concedamus verum esse, compare ad munditiam Dei nostram non videri munditiam, tamen aliter omnino dici oportet de hominibus in hac vita, quam de Angelis aut beatis animabus. Nam horum munditia, cum nihil habeat admixtum peccati, imperfectionem tantum habet, quæ est ab immensa disproportione creature ad Creatorem. Cum munditia iustorum in hac vita, & illam habeat disproportionem, & præter illam etiam peccatum admixtum. Itaque peccant aduersari contra mentem Gregorij, qui vtramque imperfectionis rationem posuit.

XXIX. Sed illud bona, *qua nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt, quam indigne eluditur Bellarmino?* Dicas-ne primis quidem labris degustatam illi esse Logicam disciplinam? Quis enim nescit, illud non posse, designare non tantum viuercalem propositionem, sed etiam necessariam? Ergo cum dicuntur bona nostra non posse esse pura, non tantum dicitur, Omnia non esse pura bona, quod vult Bellarmin. transposita negatione: sed potius, omnia esse non pura. Imo, neque hoc tantum: posset enim contingere: sed fortius necessario esse non pura.

XXIX. Supereft districtum iudicium. Districte iudicari, inquit Bellarmenus, significari iudicari ex his, quæ homo habet ex se, remotis donis gratiæ. Falsum, hoc inquam Bellarminus dixit. Intellexit enim Gregorius, remota gratia ipsa, non remoris donis: remota, inquam, gratia, sive misericordia, quæ sit, vt condonentur defectus. Probo ex ipso. Primo enim quod hic dixit districte, idem aliter exprimit; remota pietate, & quidem pietate, non nostra, sed Dei Libr. 9. cap. 18. *Si enim remota pietate discutitur opus nostrum, paena dignum est.* Et vndeclimo. Prece ergo post iustitiam indiget, ut quæ succumbere discussa poterat, ex sola iudicis pietate conualefacat. Quam autem pietatem hic dixit, alibi misericordiam. Libri 5. cap. 18. *Districtus examinis flagella mo-*

*tienda: quia & ipsa nostra perfectio culpa non caret, nisi hanc felonis index sive subtilli lance examinis misericorditer penset. Secundo districte iudicare est eidem vitium exactissime inquirere. Eiusdem lib. c. 14. *Districtus index cunctum comprehendens, occultat malitia mirabiliter penetrat;* & suis hanc intentionibus bene ordinans damnat.*

XXX. Illud Alphonsi de Immensa obligatione non est difficile. Nam etsi verum, omnia deberi à nobis Deo, à quo omnia accepimus, neque debiti modum posse prescribi: tamen certum etiam cum iudicem Deum nominamus, haberi rationem morum: itaque supponi legem, quæ voluntati sit prescripta. Damnationem ergo futuram ex prævaricatione legis: quæ si nulla sit, ne damnatio quidem vila. Itaque Gregorius dixit, districtum hunc iudicem penetrare arcana malitie. At malitia nulla, nisi in prævaricatione legis. Itaque districtum iudicium, non debeat aliter intelligi, quam id, quod exerceat inquirit in opera hominum secundum prescriptum legis, nihil quæ condonat. Vndecl. 12. *Perpendit adhuc in præsenzis vita itinere constitutus, humanis actibus exactor operum quam districtus apparent, qui quodam, tunc creatucula originalis adstrictos, etiam sine operibus damnat.*

XXXI. Hactenus Gregorius. Bernardus de Verbis Esaiæ serm. 5. *Nostra, si qua est, humili iustitia recta forsitan, sed non pura, nisi forte meliores nos esse credamus, quam patres nostros, qui non minus viraciter quam humiliiter dicebant, Omnes iustitia nostra tanquam annus menstruata mulieris. Quomodo enim pura iustitia, ubi non potest adhuc culpa deesse?*

XXXII. Respondeat Bellarminus. Primo exponi locum Esaiæ aliter, quam ab aliis Patribus. Secundo triplicem iustitiam statui: vnam rectam: sed nec puram, nec firmam: alteram rectam, & puram, sed non firmam: tertiam, rectam, puram, & firmam. Rectam eorum, qui non consentiunt peccato. Puram eorum, qui nunquam iniusti, Firmam, quæ amitti non possit. Primam esse Angelorum, secundam Adami ante peccatum. In nobis esse iustitiam rectam, quia possimus non consentire peccato, sed non puram, quia & peccavimus in Adamo, & saltem venialiter peccemus: non etiam firmam, quoniam possit amitti.

XXXII. De loco Esaiæ, non est quod iterum disputationem. Sed in reliquis, ut sui simili est Sophista. Consentio, tres, sive species, sive gradus iustitiae distinguunt, & ita distinguunt. Sed in illum, qui noster est in hac vita, primo a se Bellarminus peccatum veniale induxit, quod Bernardus neque nominat, neque indicat. Imo iusticias nostra non quam Papistæ concederint, propter venialia esse similia pannis menstruatis: at hoc Bernardus diserte. Secundo, esse in nobis iustitiam puram, quia possumus non consentire peccato, non dixit Bernardus: dixit longe aliter. Posse in nobis esse iustitiam puram: hoc vero longe aliud est, quam si esse dixeris: dixit, si non consentiamus peccato hoc vero, quis tam subtilis disputationis est, ut efficiat significare, posse nos non consentire. Imo contra Bernardi verba sunt, *Non potest adhuc culpa deesse.* At nulla culpa est, si non consentiatur peccato, quia peccatum est in voluntate.

## C A P. XXI.

## Argumenta Papistarum ab absurdo.

I. *N*unc argumenta erunt Papistarum, in quib. prima sunt, ea quibus nostram sententiam conantur refutare. Primum absurdum urgetur à Feuardentio & Clingio: Si quodlibet opus bonum, peccatum est: ergo ne mo adduci poterit ut benefaciat. Ratio consequentia: ne æternam damnationem incurrat, quam merentur omnia peccata.

II. Respondeo, negari consequentiam. Nam Esaias, qui suam sciebat iustitiam esse instar panni menstruati, non negligebat tamen benefacere. Et Paulus, qui se negabat inuenire quomodo perficeret, tamen volebat bonum quod non faciebat, & nolebat malum quod faciebat. Denique omnes Sancti, quo magis sentiunt sua peccata, etiam in benefaciendo, tamen luctantur contra sua peccata. Itaq; hæc doctrina neminem absterret a bonis operibus, sed tantum admonet, ne in iis spem suam ponat, & certum habeat, sibi unicum salutis portum esse misericordiam, qua fieri, ut non districte iudicetur ob suos defectus, sed gratis ferueretur ob Christum.

III. Ratio consequentia est absurdissima. Quia necesse est supponere, vitari damnationem, si propter imperfectam iustitiam, omnino abiiciatur omnis iustitia, quod est alienissimum à lana mente: quia quis diceret, optimum aduersus pluviam esse remedium, si præcipites te in mare, & ne flamme vrare, defilendum esse in prunas. Imo sensus communis est in contrarium, ut à malo recedamus, & si non à toto, saltem, ut loquuntur, à tanto: ac si non possis oculis, quantum contendere Lynæus, non tamen circa non cures lippus inungi. Et vero, quis furor est, ne moriare mori? Deinde supponendum est, quicunque in bene agendo peccant, eos incurrere damnationem. At hoc est, falsum. Est verum ita mereri: sed falsum tamen incurrite, propter supereruentem Dei misericordiam. Itaque Paulo dictum conquerenti de reliquis peccati, *Sufficit tibi gratia mea.* Et hoc si se sicut in calcat Augustinus.

IV. Secundum absurdum Beconi, & Bellarmini: Si omnia bona opera sunt peccata; Ergo homo per peccatum iustificatur. Probat consequentiam. Omnia opera iustorum sunt peccata & mera iniquitas: At fides est opus iustorum. Ergo fides est peccatum, & mera iniquitas. At sola fide iustificatur. Ergo solo peccato, & iniquitate iustificamur.

V. Respondeo, negari consequentiam: Nam homo per nulla opera iustificatur. In consequentia probatione, primo calumnia est, cum dicuntur opera iustorum esse mera iniquitas: nam hoc significat in iis nullam esse rationem boni: quod quis sanus dicat? Nos dicimus esse peccata *numiri*, id est, esse imperfecte bona. At quæ sunt imperfecte bona, non sunt mera iniquitas. Greg. dicebat esse non puram iustitiam. Ernos similiter. Secundo, Fides dicitur, vel pro habitu, vel pro actibus eius habitus. Fidei actus fateinur esse opera hominis, quæ admodum singula alia opera bona: sed negamus nos sive iustificari hoc sensu: quia negamus iustificari per illa opera. Altero a sensu, negamus fidem esse opus hominis. Est n. opus Dei, qui eam infundit. Tertio, lophisma est ab accidente. Nam fides, quod sit peccatum, habet per accidens, quia sua naturæ ratione peccatum non est, sed propter defectum supereruentem ex humana corruptione. Ideoque dicitur in fide peccatum, vt non

## DE OPERVM IMPERFECTIONE.

que ridicula est consequentia, qualis puerorum, ridicule inferentium carnes crudas esse comedas, quia crudæ sint emptæ. Sed quomodo falsum est, crudas carnes comedas, quæ crudæ fuerunt emptæ: ita falsum est, peccatum iustificare, quia iustificant fidei inest peccatum. Quomodo etiam falso tenebras illustrate, quia crepusculum, cui infundit tenebrae (propter quas non est assignatur ab Astrologis) illuget orbem. Et falsum, colorem calefacere, quia vestibus calefacientibus insit color.

VI. Tertium absurdum item Becani: Si omne opus bonum est peccatum: ergo iusti non debent credere. Ratio consequentiae: Omnia peccata sunt prohibita: at si opera iustorum sunt peccata, etiam opus fidei est peccatum: Ergo opus fidei est prohibitum.

VII. Respondeo, negari consequentiam: Neq; n. recens initatus literis non debet legere, quia male legit. Nec puer incedere, quia male incedat. In confirmatione, distinguendum est: Sunt n. opera, quæ per se peccata sunt id est, moralis boni nullam rationem habent, ut blasphemare, furari, mentiri; alia, quæ per accidens: ea nimurum, quæ ex se rationem habent boni moralis, & per accidens mali: illa dicimus omnia esse prohibita. Itaque hoc seculi concedimus maiorem, & minorem negamus. Nam credere in Deum, per se, & sua natura habet rationem boni moralis. Alia vero negamus esse prohibita: sed tantum prohibitam in eis eam mali rationem. Est enim peccatum ac proinde prohibitum, credere cum incredulitate, id est, imperfekte. Sed ipsum credere non est prohibitum: & quis tam est expers sensus communis, ut hoc ignoret? Sic n. vinum per accidens malum, propter ebrietatem, non prohibetur tamen. Augustin. opus nuptiarum appellat bonum, et si non perficiatur sine peccato.

VIII. Quartum, Becani, & Clingij: Si omne opus bonum est peccatum: Ergo Deus præcipit, & mandat, ut hanc peccata. Ratio consequentiae: quia præcipit, & mandat, ut hanc quædam opera aiustis. At omnia illorum opera usit peccata: Ergo præcipit fieri quædam peccata. Bellar. auger absurdum: Si omnia iustorum peccata essent mortalia, Deus peccaret mortaliter. Ratio consequentiae, quia cum opera bona facimus, Deus est, qui operatur in nobis: ad Philip. 1. & 2.

IX. Respondeo, negari utramque consequentiam: Absurdum est n. primæ causæ imputare defectus secundarum. Sic soli, et si omnes tribuant pomam arborum, tamen nemo tribuit pomam corruptam, sed arbori mala. Sic agasoni, claudicationem iumenti nemo adscribit, et si motum ei imputet: sic secantis nulla culpa est securis obtusa acies. At Deus, tum nobis præcipiens, tum operans in nobis & perficiens, causa est prima: itaque ab eo sunt opera nostra: sed à nobis sunt mala. Vnde Paulus dixerit ad Philip. 1. *Qui capit in vobis opus bonum, perficit.*

X. Sed contra solutionem Bellarm. surgit. Cum Deus non faciat nostra opera bona, nisi per nos, id est, faciendo ut nos illa faciamus: Ergo si ut nobis sunt, mala sunt, simpliciter mala, non bona sunt. Probat exemplum: Quia faber, si secuti utratur mala, non efficit bonas incisiones, sed malas.

XI. Sed consequentia manifeste est contra sensum communem. Manifeste etiam contra Theologiam, quæ constantissime tenet, Deum ut malis bene. Et ita infinitis locis Augustinus docet. In Psalm. 104. *Misit ante eos virum Ioseph.* Quomodo misit? Inseruum venundatus est Ioseph. Nempe quando factum est, peccatum erat fratrum: & tamen Deus misit Ioseph in Aegyptum. En tibi opus unum per homines factum, & ab omnibus factum male, Deo tamen factum bene. Non igitur verum, opera Dei, quæ per homines Deus facit, si ab omnibus sicut male, simpliciter mala esse. Idem de Gratia & Libero arbitrio cap. 21. *Agit Deus in cordibus etiam malorum hominum, quicquid vult, reddens tamen eis secundum merita eorum.* Et post, *Agit Omnipotens in cordibus hominum, etiam motum voluntatis eorum, ut per eos agat, quod per eos agere voluerit, qui omnino iniuste aliquid velle non posuit.* En tibitius motus voluntatis humanae à Deo: nullos ne malos? Ergo hos etiam non absolute malos. Hoc de malis, de aperte malis audimus: & negemus de bonis, negemus, inquam, in bonis quicquam esse operis diuinæ, quia inest aliquid corruptionis humanae?

XII. In exemplo ludificatur Sophista. Nam quod dicit fabrum, utentem securi mala, non efficere bonas incisiones, ambiguum est. Quia incisio potest sumi, vel pro aperatore, ut significet opus completem à fabro per instrumentum, vel pro ratione incidenti. Hoc modo conceditur non fieri bonam incisionem, id est, quod invenit, male incidi: sed hæc ratio nihil ad fabrum tota ad securim. At illo modo pertinet quidem ad fabrum: sed falsum est, non fieri bonam incisionem: potest n. mundari arbor hoc modo: & erit mundatio bona etiam facta per securum malam: itaq; non simpliciter mala.

XIII. Quintum absurdum Bellarmini: Si omne opus iustorum esset peccatum: Ergo omnes sibi essent consci. At hoc falsum: quia Paulus dixit, *Nihil mihi conscientiam habeo ad Corin. 4.*

XIV. Negatur consequentia: Nam conscientis dicitur, non simpliciter qui peccatum admisit, aut in genere scit se peccatum admittere: sed qui in individuo peccatum suum cognoscit. Itaque qui hoc ignorat, etiæ admisit, tamen sibi conscientia non est, & in hunc modum omnes illum Pauli locum haec tenus explicarunt. Chrysost. *οὐαίσινος οὐαίσινος αὐτῷ τῷ πάθει μαρτυρεῖται, μηδὲ τῷ εἰδέναι τὸν θεόν τούτον εἰπειν.* Contigit quidem ab eo peccata quædam peccata: verum nesciebat ipse hoc peccata. Theodoretus. *Sed enim euenerit, ut etiam ignorantes peccent, aquim isto, & iustum existimantes.* Besilius Diaxoneon cap. *λιγα, οὐαίσινος αὐτῷ τῷ πάθει μαρτυρεῖται, μηδὲ τῷ εἰδέναι τὸν θεόν τούτον εἰπειν.* Contigit quidem ab eo peccata quædam peccata: verum nesciebat ipse hoc peccata. Theodoretus. *Sed enim euenerit, ut etiam ignorantes peccent, aquim isto, & iustum existimantes.* Besilius Diaxoneon cap. *λιγα, οὐαίσινος αὐτῷ τῷ πάθει μαρτυρεῖται, μηδὲ τῷ εἰδέναι τὸν θεόν τούτον εἰπειν.* Dicitur: *Ego quidem, Domine, non sum dignus apud te maturare: quia ut vobis sum peccator.* Estiam tibi non sis conscientia cuiusquam mali, sic te oportet dicere. Nemo n. peccati expers, preter folum Dei. Etenim multa cum peccemus, plurima ignoramus: propterea dicit Apostolus, *Nihil mihi conscientiam habeo ad Corin. 4.* sed in hoc non sum iustificatus: hoc est, multa peccato & ignoratio, unde Propheta dixit: *Peccata quis intelligit? Mitto alios.*

XV. Sextum absurdum Bellarmini: Si dicuntur omnia iustorum opera, peccata, iniuria fit Redemptori. Ratio Nam à nullainiquitate vere redemisset, neque vere populum suum mundasset, nec sedatores nos operum vere bonorum, sed peccatorum mortalium efficeret. At contra ad Tit. secundo

*Dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificauit sibi ipsi populum peculiarem, studiū bonorum operum.*

XVI. Negatur consequentia, & ratio eius. Nam, & vere ab omni iniuritate redemptus est: qui non seruit peccato, etiam si peccat: non seruit autem quisquam iustus, teste Paulo ad Rom. 7. Et mundatus est, tum quia incipit mundari, teste Christo, Ioan. 13. *Qui lotus est, non opus habet, nisi ut pedes lauet: sed est purus totus:* tum maxime cui omnia remissa sunt peccata. Deniq; studiū sunt bonorum operum, qui peccatum oderunt, etiam in seipsis: quomodo suum studium Paulus testatus est, *Non facio bonum, quod vo lo, facio malum, quod nolo.*

XVII. Septimum absurdum Feuardentij. Si quodlibet opus bonum Sanctorum peccatum est, sublatum est omne boni, & mali discrimen, virtus & vitium, lacra, profana, diuina, & Diabolica sursum versum confunduntur, atq; ita pari iure cententur, qui latrocinijs viuunt, & qui eleemosynas larguntur.

XVIII. Sed hæc furore sunt consequentiae, cuiusmodi plerique omnes huius cucullionis, qui nihil pensi habere voluit, nisi ut quavis ratione malediceret veritati. Boni & mali discrimen non sumitur ab operibus: sed à lege: & cuius præscripto distinguuntur opera, nō tantum mere mala, à mente bonis, sed etiam magis bona, à minus bonis, adeo ut in eodem opere distinctissima ratio sit bonitatis, & nequit, & que ac in eodem homine: Et est quidem hæc distinctionis ratio incognita forte hominibus, ac cognitissima tamen Deo, quo nos iudice, hanc rem tantam disceptandam diximus in statu Controversiæ.

XIX. Octavum Bellarmini: Si omnia opera bona sunt peccata mortalia: Ergo aliqua peccata mortalia sunt bona opera. At hinc sequuntur ista. Omnia bona opera sunt facienda, aliqua peccata mortalia sunt opera bona, igitur aliqua peccata mortalia sunt facienda. Item, Nullum peccatum mortale est faciendum: omnia opera bona sunt peccata mortalia. Ergo nullum opus bonum est faciendum. Dignæ, inquit, Lutheri conclusiones.

XX. Imo digna, inquam, Bellarmino sophismata, ex Iesuítica institutione, pueriliter ludentia in Accidente. Sed qui norunt agere serio, nonunt etiam, et si non sunt facienda peccata, tamen esse facienda bona opera, etiam si sunt peccata: quia bona sunt per se, peccata autem per accidens. Sic ab homine amatus Deus, etiam si imperfekte ametur. Deniq; aliud est quod Deo imperante facimus, aliud quod Deo miserente condonatur. Sed hoc Iesuita nolunt concipere. Quid mirum, si & ipsi cœcutiant, & alijs oculos eruant.

XXI. Nonum Bellarmini: Quis non videt, opera bona esse peccata mortalia, contradictionem implicare? Nam erunt bona, & non bona, digna præmio, & poena: & per ea seruimus Deo, & Diabolo: & simul erimus filii Dei, & Diaboli.

XXII. Sed negamus ullam contradictionem implicari. Contradictio enim est secundum idem de eodem. Quod si non concurrit utrumque, contradictione nulla est. Sic possunt eadem corpora esse, & alba, & nigra, & magna & parva. Sic crepuscula, & pars dies sunt apud vulgus, & pars noctis apud Astrologos: nimurum propter oppositarum qualitatum concursum, lucis, & tenebrarum. Cur non eadem opera bona, & mala? Bona, quatenus aliquid habent conformitatis cum lege Dei, mala quatenus minus habent eius conformitatis, quam oportuit. Quomodo Nazianzenus Orat. 1. Theologica, *καὶ τὰ καλὰ καὶ καλὸν ὅπου τὸν καλὸν γίνεται.* Etiam bonum non est bonum, quum non beneficet. Nuperus Papista Croquetus Catechesi 152. *Supplicationes noīra, tam sunt frigida, rot peccatis obnoxia, ut cum ritum ipsum acrosantum esse dixeris, cogaris alio reflectens oculos, ea que sunt ad tua vehementer arguere.* Nam præter fabulas, præter discursum, & oculos vagos, si deteriora non sunt, nihil ferre cernitur. Non desunt fortasse nonnulli paulo religiosores, sed interea tantus est teor, tanta distractio, ut supplicantis ferre aliud nihil quam peccemus. Deniq; in singulis operibus, quæ maior contradictionis necessitas, quam in singulis hominibus? Concedunt enim aduersarij paucos iustos esse sine peccato. Cur, inquam, nō est absurdum unum cūdem, hominem esse bonum, & malum, esse præmio, & poena dignum, servire Deo, & Diabolo: esse filium Dei, & Diaboli? Aut si hæc Sophista possunt distinguere, quid est, quod quenquam moueat hæc importunitas?

XXIII. Quanquam præmio esse digna negamus ullam opera, ut suo loco videbimus, nisi dignitas cenieatur ex misericordia. At, hæc si supponatur, nihil absurdi, eadem opera, quæ per se merentur supplicium, obtinere tamen mercedem, non ex severitate expungentis debitum, sed ex bonitate condonantis peccatum. Hæc tamen admodum est *ἀνεργος* loquitio, ut dicatur opus dignum mercede ex misericordia: quia certissima est implicatio contradictionis, cum dignitas operis propriæ ex ipsius operis consideratione, cui misericordia non attendit. Seruire diabolo non dicitur quicquam, peccatum admittit, sed qui peccato seruit, at qui opus bonum facit quod est peccatum, nō proterea seruit peccato, imo repugnat peccato potius. Simili ratione negatur esse filius diaboli, quia si non esset natus ex Deo: ergo bonum opus non faceret. Itaq; hæc absurdum Bellarmini mera sunt *μορφῶντα* Iesuítica.

XXIV. Decimum absurdum Clingij: Si in omni opere bono peccatur, tunc Paulus peccauit quando fuit raptus in cœlum: & Laurentius in craticula: Vt dum seruamus præcepta Dei, non adueterando, non occidendo, eleemosynam portigendo, pe. camus.

XXV. Respondeo, raptum Pauli esse *ἀνεργος*, cum non fuerit opus Pauli: sed Dei agentis in Paulum. De Laurentio & reliquis, mita Sophistæ incogitantia, qui pro absurdo contra thesin, thesin ipsam objiciat. Facilis quidem victoria, si hæc esset victoria. Nos vero nō dubitamus, tum peccatum ad Laurentio, cum craticulam sustinuit pro Christo, etiæ constans, fidelissime, optimè non quidem quatenus craticulam sustinuit, sed quatenus in craticula sustinenda, non potuit non sensisse aliquid humanæ infirmitatis. Cur enim non agnoscamus in eo, quod in Petro cogit nos ipse Christus, pronuncians deducendum quo nolle<sup>r</sup> loan. 21. Quod ipsum, etiæ fuit fortissime superatum, tamen fuit peccatum, nec fuisse superandum, si non fuisse peccatum: imo non superari debuit, sed *τὸν σεξτὸν* non esse.

XXVI. Nam quod instat Clingius, geminam esse iustitiam, vnam, quæ huic vita comperat, alteram quæ vita futuræ, & in hac esse plenam, perfectamq; charitatem, verissime dicit, quæ & nos è Scripturis didicimus, & in Patri-

Patribus agnouimus: atque adeo hanc ipsam fortitudinem, qua Laurentius reliquiq; martyres, sensus carnis superarunt, ad illam pertinere iustitiam, quæ competit huic vitæ: attingere etiam, si velis summum eius gradum. Sed eam ipsam iustitiam, quæ competit huic vitæ, nihil habere peccati admixtum, non docuit Clingius. Nos ab ipsius verbis erimus, ita distinguenter geminam iustitiam, ut alteri soli, quæ sit vita futura, plenam, perfectamq; charitatem assignet: vnde sequitur non reperiri in altera: Nos autem dicimus reperiri debere in vtraq; & ideo in ea esse peccatum, in qua non reperiatur: quia non insit, quod inesse debuit.

## CAP. XXII.

## Argumenta Papistica ex Scripturis.

I. Expendam deinceps argumenta, quib; fulcitur sententia Papistarum, à Scripturis, à ratione a Patribus. Primum à Scripturis esto hoc Bellarmini: Scriptura opera iustorum absolute nominat bona. Matth. 5. *Vt videant opera vestra bona.* I. Timoth. 6. *Dives fieri in operibus bonis.* Ad Tit. tertio *Curent operibus bonis pro se.* Ad Ephes. secundo, *Creati in operibus bonis.* At si opera omnia iustorum essent peccata mortalia, dicenda esent mala, potius, quam bona. Ratio ex Areopagitæ quarto de Divinis nominibus. *Quia malum dicatur opus absolute, nisi integre sit bonum.*

II. Respondeo, Opera dici absolute bona, pmhras in esse aphibolam: & alias significare modum rei, alias modum dicendi. Modum rei, cum ex variis gradibus bonitatis, ex quibus fit, vt quæ bona sunt alia *in virtutibus bona*, alia tantum *in virtutibus*, ille designatur, nimirum vt opera sint *in virtutibus bona* & perfecte. Modum dicendi, cum distinctus enun. iatis in absoluta & modificata, significabitur ita sermonē haberis de operibus, vt cum dicuntur bona, non addatur secundum quid sint bona. Secundo opera ipsa bona nominantur *operibus*, vel enim indefinite, quæ mandantur à lege: vel peculiariter, quæ à singulis præstantur: quomodo n. aliud est Virtutem definire, aliud virtutē Alcibiadis, aut Socratis: aliud Eruditionem laudare, aliud eruditionem Platonis, aut Ciceronis: ita omnino aliud est, loqui de bonis operib; in genere, aliud de bonis operibus Petri, Pauli, Ioannis.

III. His positis facilis nodus est: imo nullus nodus. Nam opera absolute bona, si opera indefinite intelligas, verum est: id & probant loci enumerati, qui nulli dicunt facta à quoquam, sed fieri debere. Nemo autem dubitat, ita nos debitores esse legi, vt non tantum inchoemos, sed etiam perficiamus, quod illa bonum præscribit perfectum, & omnib; partib; absurdum. Sed nō, quia debemus facere, ideo concludendum nos facere. Et ita Paulus, *Non facio bonum, quod volo.* Sin autem opera intelligas particulariter huius, aut illius: negamus hæc vñquam in Scripturis dici absolute bona: neq; vero id Bellarmin. probat: quia, vt dixi, hæc loca non significant quid fiat, sed quid fieri debeat.

IV. Sin autem intelligas, dici opera, non quidem absolute bona, sed tantum absolute dici bona: hoc est, in Scriptura nō exprimi totidem verbis modificationem bonitatis. Concedimus sane eti id Bellarminus non probet. Quia scimus legi Matth. 26. *Opus bonum operata est erga me.* Act. 9. *Hac erat diues operum bonorum.* Et pauca alia. Sed negamus vocari à nobis in controuersiam, phrasin ipsam, aut verba phraseos. Imo scimus quæcumque secundum suos gradus bona sunt, ita solere absolute dici bona: etiam si non sint absolute bona. Ita negamus sequi, quæcumq; sic absolute dicuntur bona, esse etiam absolute bona. Nam Luc. 23. Joseph ab Arimathæa dicitur, *Vir bonus & iustus.* Act. 11. Barnabas, *Vir bonus, & plenus Spiritu.* Imo 1. ad Timoth. 4. *Omnis creatura bona est.* His, inquam, locis, absolute bona dici legis: dici, inquam, absolute, quæ tamen constet non esse absolute bona, sed secundum quid. Cur non de operibus idem iudicium?

V. Hac eadem opera Tapperi clamores compeluntur. Opera, inquit, qua testimonio Scriptura bona sunt, mala esse aut dici non possunt, nec male fieri ea, quæ nos bene facere sacræ literæ pronunciant: qui vñ iis, qui dicunt malum bonum, & bonum malum: lucem tenebras, & tenebras lucem: amarum dulce, & dulce amarum. Nam nos neq; absolute bona negamus, quæ Scriptura pronuntiat esse absolute bona, neq; rursus absolute bona, quæ illa secundum quid mala. Papistas terret, va istud: qui quæ illa secundum quid bona esse denunciat, obtrudunt tanquam absolute bona: & quæ illa secundum quid mala, restatur, prorsus negant esse mala.

VI. Secundo, testimonia habent Scripturæ, quæ certis in operibus negant peccatum. 1. ad Corinth. 7. *Si duxeris vxorem non peccasti: & si nupserit virgo, non peccauit.* Post. 2. Petri 1. *Hoc si feceritis, non peccabis aliquando;* Iobi 1. *In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, nec stultum aliquid contra Deum loquutus est.* 1. Io. 3. *Omnis, qui in Deo manet, non peccat.*

VII. Negant in operibus esse peccatum? Hoc vero falsissimum. Concedo negare ipsa opera bona esse peccata: sed in iis nihil peccati, soli dicunt Papisti. De locis respondeo, priores duos esse reliquis dissimiles: itaq; scorsim considerandos. Sensus est manifestus reduplicatus, vt loquuntur scholæ. Non peccat qui ducit vxorem, in eo ipso quod vxorem dicit: non peccat virgo, si nupserit id est, eo ipso, quod nupserit. Quomodo de omnib; operib; bonis loquendum est? Si quis Deum laudauerit, non peccauit, si quis eleemosynam dederit, non peccauit. Nam, huiusmodi phrases significant ipsam rationem, per quam sit peccatum non esse hæc ipsa quæ sic nominantur opera. Quod quidem de ipsis hypocitarum operib; dici potest. Non enim hi peccant, quod sumant Dei nomen: sed quod in vanum. Hoc tamen non obstat, quominus peccant, qui hæc bona faciant: nimirum quod non bene faciant. Nemo peccat, quod amet Deum, sed quod non perfecte amet. Itaque eti amor Dei non sit peccatum, tamen in amore Dei peccatur. Et vero ipsos iudices volo aduersarios. Nam illi non docent nunquam peccari in bonis operib; sed tantum non semper. Concedunt ergo peccari aliquando. Arqui hoc falso, si verum absolute, illud, *Hoc si feceritis, non peccabis aliquando.* Non ergo absolute intelligendum.

VIII. Illud Ioannis, *Qui manet in Deo non peccat,* est iam prolixus tractatum paulo ante in altera controuersia, capite quinto. Et est facile. Non peccat,

nimirum quatenus ex Deo natu: nam quod haber peccati, id habet ex reliquo carnis, ex veteri Adamo. Et omnino ita necesse est: quia alioquin nō peccaret in opere bono; sed etiam omnino non peccaret in vñlo opere, quod ne Papistæ quidem admiserint.

IX. Superest locus, in quo commendatur lobi iustitia. Hic dico Deum, sepe de suis pronuntiare non districti iudicij sententiam, sed indulgentis misericordia testimoniū. Sic enim præcedente controuersia audiuius quosdam nominari iustos, & perfectos, & recedentes à malo, & custodiens legem, & denique secundum cor Dei, qui tamen negari non possunt aliquando peccasse. Imo ad eum modum Iob ipse cap. 42. laudatur, quod rectum locutus sit: *Deus dixit ad Eliphias Themeritem, Iratus est favor meus in te, & in duos amicos tuos: quoniam non es in locuti coram me rectum, sicut seruus mens Iob.* Et tamen Iobum esse etiam loquuntur non recta, constat. Breuiter, quomodo ex Augustino scimus: *Possit dici hominem iustum, qui perfectione iustitia ploratum accessit, ita ut ei proxime fieret, libro de Perfectione iustitiae: sic absurdum nihil est, dici aliqua opera iusta, ideoque & in operibus non peccari, in quibus quis proxime accesserit ad non peccandum, etiam si non nihil peccauerit.*

X. Tertio, citant ex Matthæi sexto, *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* Et Lucæ 11. *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sic lucernæ fulgoris illuminabit te.* Describitur, inquit Bellarminus, opus perfecte bonum. Nam oculus simplex, est intentio recta: corpus lucidum est opus bonum. Hoc a. opus Dominus pronunciat esse lucidum totum, nec vñlā habere partem tenebrarum. Quid esset falsum, si omne opus bonum eslet mortale natura sua.

XI. Respondeo, primo concludi extra thesin: Non enim disputamus vñrum opera bona sint peccata ex sua natura: quod nostrum nemo asserit: sed vñrum per accidens, id est, ex corruptione operantis. Hæc autem esse dispartissima, quis non videt? Nam ne in hypocritis quidem peccatum est natura sua, date eleemosynam: Et tamen hypocrita peccat, cum dat eleemosynam. Neque amare proximum natura sua peccatum est, & tamen peccatur, amando proximum, siue cum parum amatur, siue cum nimis amatur.

XII. Secundo, eti non satis felici allegoria ludat Bellarminus, tamen esto sane, describatur à Christo opus perfecte bonum. Quid tum vero? Nam si hoc tantum voluit nos docere, esse aliquam rationem perfectionis, vñde opera censi possint bona, & bona perfecta, non fuit illi valde laborandum: cum nos agnoscamus in lege describi omnia opera perfecta. Est enim contra naturam legi's imperfectionem admittere. Tum illud autem disertum est, *Amabis Deum tuum toto corde, tota anima, totis viribus tuis.* Certe hæc verba, aut nulla vñquam descripterunt opus bonum perfectissimum.

XIII. Quid ergo? Describitur opus perfectum: Ergo aliqua alicuius iusti opera sunt perfecta? Hæc vero consequentia, à quo tandem cerebro esse potuit? Certe cum dicitur Philosophia amor sapientiae, perfecta eius natura describitur: an statim concludes Philosophiam Socratis, aut Platoni, aut Aristotelis, fuisse perfectam? Itaque Christus non dixit, *Esse in te oculum totum lucidum.* Sed hypotheticas, *Sifuerit.* Probet Bellarm. esse in aliquo oculum totum lucidum, & vicevit. Non vicevit tamen, nisi proficiata prius Catholica doctrina de Peccato originali, quod & menti tenebras offundit, & voluntatem inflectit ad malum: vt eo posito non possit intentio omnino recta agnosciri, id est, oculus totus lucidus.

XIV. Quarto, Bécanus ita arguit: Matth. 5. *Sic lucent lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificant Patrem vestrum, qui in celis est.* At quomodo, inquit, videbunt homines Apostolorum opera bona, si omnia sunt damnabilia? Aut quomodo glorificabunt Patrem cœlestem, si sunt inquinamenta.

XV. Mirum vero Theologum! qui comparet hominum iudicium diuinum iudicium! Aut certe mirum Logicum, qui pro isto illud substituat. Vident homines hominum opera: & hæc si bona sint, bona: si mala sint, mala. Sed tam est hebes eorum iudicium, vt quicunque in eo acquiescat, non possit non seipsum decipere. Externa tantum conueniunt, & quæ in sensu incurruunt: corda nemo scrutatur: circumstantias nemo omnes nouit. Et cordis tamen propria est iustitia: & circumstantia ipsa hanc variant, tum a gendo, tum minuendo. Vident hypocritæ eleemosynam, & laudant: vñde hypocritas Christus pronuntiat habere mercedem suam: nimirum, quia obtinent quod querent, vt viderentur. Et tamen hæc eleemosyna est peccatum. Et mihi quisquam in quaestione de Perfectione iustitiae, obrudat hominum iudicium? Quare, eti homines videant iustorum bona opera, & glorificant Deum, tamen ea opera non sunt perfecte iusta.

XVI. Quinto iterum Bécanus. Matthæi cap. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.* Ioannis cap. 15. *Ego sum vitis, vos palmitæ: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Hinc, inquit, eliciuntur duo argumenta. Alterum: Arbor bona non potest facere malos fructus. Sed homo iustus, est arbor bona: Psalmo. 92. Ergo homo iustus non potest facere malos fructus. Alterum: Omnis palma, qui est in fœcunda vite, potest facere bonum fructum. Sed Apostoli erant palmitæ in Christo, tanquam fœcunda vite. Ergo Apostoli poterant: cere bonum fructum. Ergo falso est, omnia iustorum opera esse fœcunda.

XVII. Respondeo: Bonitatis esse gradus varios, prout qui boni sunt, plus minusve a malo recedunt. Et pro bonitate arboris, esse etiam fructus bonitatem metiendam. Quæ perfecte bona erit, fructus feret perfecte bonos, cuiusmodi erunt in altera vira, beati omnes. Quæ autem imperfecte bona, imperfectos, ac proinde aliquatenus vitiosos: cuiusmodi omnes sancti sunt in hac vita: quorum neminem carere peccato, constantissima est veritas. Omnis ergo arbor bona, fert bonos fructus: sed tamen non omnis arbor bona, fert fructus perfecte bonos: quia non omnis arbor bona est perfecte bona. Et omnino ita esse, ipsos necesse est consentire Papistas, qui fatentur, nullum esse iustum sine peccato. Nam aliquoquin, si verum, nō tam arborum bonam posse ullum fructum malum facere: Ergo nunquam quisquam bonus peccabit vñquam. Quod est absurdum. Itaque argumenti primi negatur minor.

XVIII. In secundo, solutio inde patet. Conceditur enim syllogismus totus, quia etiam imperfecte bona opera, id est, vitiata per peccatum, bona sunt. Sed negatur, si possint palmites bonos fructus facere. Ergo eos bonos fructus, Deo iudice, non esse sordes.

XIX. Sed id ipsum argumentum Sophista plenius declarat. Ut palmes ferat fructum, inquit, requiruntur, & sufficiunt haec pauca. Primo, ut sit in vite: secundo, ut succum, & humorem ab ea trahat, tertio, ut habeat sufficientem solem, à quo excoquatur: quarto, ut nullum sit impedimentum, quo ledi, aut impediti possit: cuiusmodi sunt, frigus, gelu, pruina, ventus turbulentior, vermis corrodens, aut aliquid simile. At haec omnia locum habent in homine iusto. Est enim in vite: Ioan. 15. Trahit ab eo succum diuinæ gratiae, Ioan. 4. Aqua, quam ego dabo ei, sicut in eis fons vita & salientis in vitam aeternam. Habet sufficientem calorem: Luc. 12. Ignis veni mittere in terram. Et 24. Nonne cor nostrum erat ardens in nobis? Nullum est impedimentum. Non enim internum: Ad Rom. 8. Nulla est condemnatio ius, qui sunt in Christo. Non externum: ad Rom. 8. Certus sum, quod neq; mors, neq; vita, poterit nos separare à charitate Dei.

XX. Sed debuit meminisse Sophista, disputari de operibus non bonis, quomodo cumq; sed perfecte, & absolute bonis, id est, sine peccato. Hoc posito, primo, nego enumerationem esse sufficientem. Deest enim saltem unum membrum: ut qui à Christo bonum humorum haurit, aliunde nullum malum trahat. At hoc nullus habet, quantumvis iustus in hac vita, qui tum ab Adamo traxit peccatum originale, tum ab infinitis alijs causis ingruentes tentationes non euadit.

XXI. Deinde in singulis membris, dico intelligentiam esse perfectionem videlicet, ut sit perfecte unitus vita: ut ab ea perfecte suum humorum trahat ut perfecte coquat, & si quid est præterea. At hanc perfectionem Sophista dissimilat: quæ tamen neglecta argumentum efficit inutile. Nam etiam infirmi, & iij quos infantibus Apostolus comparat, sunt in Christo: & inde humorum trahunt, nec tamen perfecte bona opera efficiunt.

XXII. Hoc posito, negatur assumptio: negatur, inquam, ista quatuor haberi perfectè in hac vita. Vniuntur Christi fideles, sed tamen adhuc desiderant uniti magis. Ita Paulus cupiebat dissolui, & esse cum Christo: ad Phil. 1. à quo etiam peregrinari nos dicebat, 2. ad Cor. 5. Neq; vero Christus, Ioan. 15. significauit hanc unionis perfectionem esse in hac vita, sed inchoari in hac vita, promouendam paulatim, ac tandem perficiendam in alia.

XXIII. Ab eo gradu secundus pendet. Nam succus ille in singulos diffunditur pro ratione unionis: ita, si non perfecta vno, ne perfecta quidem succi communicatio. Nec vero locus ille Ioan. contra est. Qui biberit, inquit: Reſt; sed cur nō possit plus, minusvib; Non igitur, necessaria perfectio, Thomas in eum locum, ut conciliat cum altero Ecclesiastico. Qui bibunt me, adhuc sicut. Gratia, cum habetur, & cognoscitur, tunc deleat affectum, & mouet desiderium, non quidem ad aliud habendum: sed quod imperfecte percipitur, propter recipientis imperfectionem, mouet, ut ipsa perfecte recipiatur. Iansenus similiter, Hoc loco, Ioan. 5. sitis est desiderium rei nondum adeptæ, aut rei necessaria ad vitam carentia. Ibi vero (in Ecclesiastico) sermo est de sibi; hoc est, desiderio, quo id, quod habetur imperfecte, perfectius desideratur, aut quo id, quod habetur perfecte, desideratur sine omni fastidio semper adeſio, quomodo etiam Sancti, Deum semper sicut in patria. Carthusianus etiam si sit tripliciter dici, pro desiderio rei nequaquam adeptæ, secundo pro desiderio rei adeptæ, ut habetur magis perfecte, tertio, pro amore rei presentis cum exclusione fastidij. Secundo modo sitire, qui gratiam recipit, quoniam qua habet imperfecte, perfectius possidere desiderat: tertio autem Sanctos in patria. Ergo hic locus Ioannis non excludit imperfectionem gratiae: quare neq; peccati admixtionem in operibus bonis. Nam aliquin, si nulli qui biberunt de aqua Christi, peccarent in suis bonis operibus ergo & qui primulum biberunt, tam perfecta ederent opera, quam qui longe altius. Quod est absurdum.

XXIV. Eadem tertij gradus ratio: nam calor ille concoquens, à maiori gratia maior est: à minori minor: ideoque & concoctio. At minor concoctio, minus bonos fructus profert. Atq; adeo verum, nemini hunc calor tantum dari, ut omne peccatum consumatur in hac vita: in qua perpetua luctatio est, nulla futura si nullum peccatum esset. Ignem venit mittere in terram Christus, sed nonne misit etiam, qui scintillam? taq; misit Christus, etiamsi non miserit ignem perfectionis. Et cor ardebat in discipulis: Sed nulline dantur ignis ardoris gradus? Imo iij ipsi discipuli postea longe magis arserunt. Et qui maxime arsi, postea tamen reprehensione dignus fuit. Ergo hic ardor non excludit omnino peccatum.

XXV. Sed impedimentum, inquit, nullum, non internum, nō externum. Miram confidentiam! Sed si nullum internum: vnde ergo: Caro concupiscentia aduersus Spiritum? Vnde, Non habitat in carne mea bonus? Vnde, non facio bonum, quod volo? Sed, inquit, nulla est condemnatio. Quasi vero nō habere condemnationem, sit nullum habere impedimentum, & non potius superari impedimenta per misericordiam Dei. Sed hic locus iam ante nobis est expensus.

XXVI. Si nullum impedimentum exterrit: vnde ergo Paulus ad Eph. 6. Induite vniuersam illam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus infidiles Diaboli. Quoniam non est nobis luctu aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus imperia, aduersus potestates, aduersus mundi Dominos tenebrarū seculi huius aduersus spiritales malitia in sublimi. Aut haec si non sunt impedimenta, quid sunt quælo? An folia fursuri? Sed, inquit, nihil potest nos separare à charitate Dei. Recte, inquam. Sed hoc non significat, nihil habere impedimenti, tantum quantitas sint impedimenta, tamen non futurum, ut non certa sit victoria. Manifestum ex p̄. edentib. Quid nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sed in his omnibus superamus. In his omnibus, uota: non lahe absq; i. lis. Et ne haec tota esse cœseas. Iustinianus, Iesuita, Enumerat plurima molestiarum genera prætermis rebus secundis, quæ quanquam plerumq; animum prædemulcent, ac delinquent, non tamen ferre recensentur in malis.

XXVII. Sexto Bellarminus pugnat, authore Jacob. c. 3. In multis offendimus omnes. Quare, quælo non dixit in omnibus? Quia capite secundo distinxerat opera bona à peccatis. Si legem perficitis regalem secundum Scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, bene facias, si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguit à lege, quasi transgressores.

XXVIII. Quasi vero multa nunquam opponantur, nisi omnibus: & non sæpius, vni aut paucis. Ad Roman. 5. Adam illius unius offensæ mortuus est multi. Nonne omnes? Sensus est Iacobi neminem esse inter homines, qui non debeat agnoscere se magna peccatorum mole premi: non vero vni sibi esse obnoxium, aut paucis aliquot. Cui sententia optime conuenit, quod nos asserimus. Præterea etiam si concederemus, multa dici, & opponi omnibus in hunc sensum, ut nemo omnia peccata peccet, tamen nihil ad hanc controversiam. Nam patet ex ipso contextu Apostolum peccatorum comparare non individua: sed species: nam ita necessaria postulat id, quod de lingua statim subicitur: quasi diceret, multa quidem peccatorum genera sunt: sed nullum viratu difficultius, quam lingua peccatum. At si non omni genere peccatorum, quis infamis fit, non tam necesse est eum paucis aliquib. ita obnoxium esse, ut omnia opera eius ab iis sint infecta.

XXIX. Quid tum ergo, si alio illo loco distincta sunt opera bona à peccatis? Quasi nos, aut distinguenda negemus, aut non distinguamus ipsi. Tum autem Iacobus non dixit, Vos legem perficitis regalem, itaque non peccatis. Sed dixit, Si legem perficitis non peccabis: quod quidem certissimum est: arillus nunquam de vlo homine dictum, vno dempto, qui propter alios fuit homo.

XXX. Septimo, Bellarminus ex 1. ad Corinth. 3. Si quis superadificat supra fundamenum hoc aurum argentum, lapides preciosos, ligna, ferrum, stipulam, omnis cuiusque opus quale sit, ignis probabit: si cuius opus manserit, quod superadificavit, mercede accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Hoc loco indicantur esse quædam opera supra fundamentum veræ fidei adificata, adeo bona, ut nihil omnino habeant vitij. Probat: primo à comparatione auri, argenti, lapidis pretiosi, secundo, quod illa opera in igne diuini indicij manere dicantur, & mercede accipere. Nam peccata, neque aurum dici possent, nec diuini iudicij ignem sustinere.

XXXI. Respondeo: opus dici ambigue, vel pro operatione, vel pro effecto ipso sequente ex operatione. Vt cum de ædificanda domo seruo est, potest opus appellari architecti, tum ipsa ratio ædificandi, tum ipsum ædificium, sive domus, quæ remanet transiente operatione. Ad nostram questionem prior sensus pertinet. Nam exempli gratia, in opere nuptiarum, cum nunquam non sit peccatum, propter concupiscentiam, vt docet Augustinus: tamen ex eo fit homo: & potest secundo sensu, filius dici opus patris, nec tamen est ipse peccatum patris: sed tantum operatio illa patris, qua factus est homo: Sic Paulus gaudebat, cum ex æmulatione prædicabatur à quibusdam Euangelium: nempe, quia etsi æmulatio esset peccatum, tamen ipsum Euangelium erat bonum.

XXXII. In Paulo igitur dico opus esse accipiendum, non primo sensu pro operatione ipsa, sed secundo pro opere: testes habeo ex ipsis Papistis: Imo Iesuitis, Salmeronem, & Iustinianum. Salmero, Duplex Doctorum ordinis: alter adificantum aurum, argentum, lapides preciosos id est, doctrinam sacram, salutarem, & promouentem ad fructus fidei. Spiritus Iustinianus, Nimirum hi sunt probi, atque Euangelici doctores, qui, ut ait Ambrosius, bonam doctrinam tradunt, quæque Christiana dogmata confirmat. Et eos, qui aliter explicant, & operationes intelligunt, diserte improbat, Fator, inquit, hanc explanationem via posse antecedentib. & subsequentib. aptari. Et vero ipsa metaphoræ natura, qua Paulus vtitur, id manifeste postulat. Neque enim quicquam dixerit unquam fundamento superadificari, ab architecto, ipsam suam operationem: sed lapides, quæ non sunt architecti opus, nisi secundo sensu.

XXXIII. Iam ergo planum est argumentum. Non enim sequitur. et si aurum, argentum, lapides preciosos, significant aliquid absque vlo peccato, propterea dati opera iustorum absque vlo peccato: sed tantum dati doctrinam, quæ non sit opus prædictorum opus, nisi secundo modo, puram, & sanam, absque vlis adiutoriis humanis. Cuiusmodi illa erat sine dubio, illorum quos Paulus ad Philipp. 1. dixit, Plerique ex fratribus in Domino freti vinculis meis, magis audent impauide sermonem loqui: nonnulli vero propensa voluntate Christum predican: alij quidem per contentionem Christum annuntiant, non pure, existimantes se afflictionem addere vinculis meis. Alij rursus ex charitate, scientes me ad defensionem Euangelij constitutum esse. Quid igitur? Attamen quoniam modo, sive in speciem, sive sincere Christus annuntiat: de hoc quoque gaudeo atque etiam gaudebo.

XXXIV. Præterea, etiam si cum nonnullis Veterum daremus nominari operæ priore sensu, id est, operationes, tamen non est consequentia necessaria. Primo, quia aurum, non semper significat id, quod est omnino sine peccato: sed quod maxime recedens a peccato accedit ad puritatem etiam si non omnimodam obtineat. Sic Paulus 2. ad Timoth. 2. Vasa distribuit in aurea, argenteaque, & vala liguea, testaceaque illa ad decus, hæc ad dedecus. Quis autem nescit vala ad decus, esse omnes vere fideles? At hi non sine peccato. Ergo quæ aurea sunt, id est, ex auro, non sunt tamen omnia sine peccato.

XXXV. Tertio etiam darem, auro significari puritatem omnimodam, tamen ab hoc loco non sequitur, dari aliquod opus omnino absque peccato. Ratio facilis. Quia nō dixit Paulus, aliquem ædificare aurum: sed si quis ædificauerit aurum. At qui pronuntiata eiusmodi hypothetica per se nihil ponunt: sed tantum, si quid ponatur, indicant quid ex eo sequatur.

### C A P. XXIII.

De Rationibus Papistarum.

I. Prima ratio Alphonsi de Castro, & Bellarmini. Multæ sunt persuasions in sacra Scriptura, quib. admonemur, ne unquam peccemus. Ergo aliqua sunt opera bona, sine peccato. Antecedens probat. Pl. 4. Irascimini, & nolite peccare. IIaia c. 1. Quiescite agere peruerse, discite bene facere, Ioan. 4. Noli amplius peccare Prior, ad Corinth. 15. Enigilate iusti, & nolite peccare. Post. Pet. 2. Satagit, ut per bona opera, certam vestram vocacionem, & electionem facias, hac n. facientes non peccabis aliquando, Prima Ioannis 2. Hæc scribo vobis, ut non peccetis. Consequentiam probant etiam. Quorūsum, inquit Bellarm. hæ cohortationes, vel admonitiones, si in omni opere, quantumvis bono, non possumus non peccare.

II. Respondeo, negari consequentiam. Non enim idem qui iubet, aferit fieri, quod iubetur. Ne longe abeundum. Nam hi ipsi, qui enumera-  
tis sunt loci, non peculiariter docent, ne peccemus, cum cum bene agi-  
mus: sed vniuersaliter peccemus: *Noli amplius peccare. Item, Non peccabi-  
tus aliquando.* At quinemo tamen inde concludit, nunquam peccari. Deinde  
Iohannes quo loco dixit, *Hac scribo vobis, ut ne peccetis:* addit statim, *sed & si  
quis peccauerit, aiiocatum habemus.* Quorsum si significavit nunquam pec-  
caruros?

III. Sed quorsum, inquit, si in omni opere bono non possumus non  
peccare? Imo ego, quorsum, si non possumus omnino non peccare in  
vita? Nam vtrinque parratio. Quod si intelligere potuit Bellarminus non  
frustra iubet ne vnuquam peccemus, etiam si non possumus nunquam pec-  
care: existimato, & nos posse concipere non frustra præcipi, ne in opere bo-  
no peccemus, etiam si negemus posse fieri: nempe vt & sciamus, quo sit e-  
nitendum: & intelligamus, quam nihil nobis possumus de meritis nostris  
polliceri. Et denique, vt eas vires postulemus a gratia, quas nondum  
habemus: sumus autem habituri tandem. Haec nobis utilitates satis ma-  
gna sunt, & satis certa, vt Bellarmini interrogations rideamus.

IV. Secunda ratio, ferme omnia. Si placent Deo opera bona: Er-  
go non sunt peccata. Antecedens confirmant multis locis Scripturæ.  
Malach. 3. *Placebit Deo sacrificium Iuda, & Hierusalem, sicut dies secu-  
li. Actor. 10. Qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Prior.  
Petri 2. Offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo.* Item ex aliis locis in  
quib. promittitur merces. Ad Roman. 2. *Ita, qui secundum patientiam boni  
operis gloriam & honorem, & incorruptionem querunt, utam aeternam.* Item,  
*Gloria & honor, & pax omni operanti bonum.* Iohannis 1. *Procedent qui bona  
fecerant in resurrectionem vita: qui vero mala elegirint, in resurrectionem iu-  
dicii.*

V. Respondeo, Deum considerari, vel tanquam iudicem, vel tanquam  
Patrem. Nostra omnis controvrsia est de Deo iudice. Ita enim ab initio  
constitutum; & deinceps sepe repetitum. Dicimus ergo Deo tanquam iu-  
dici, nulla vnuquam placuisse hominum opera, quantumcunque fuerint bo-  
na. Et dicimus eos omnes locos esse intelligendos de Deo tanquam beni-  
gno Patre, & indulgentie. Ratio certissima: *Quia ex operibus nulla caro iu-  
stificatur apud eum.* Itaq. Malachias non simpliciter pronuntiavit placitu-  
ra sacrificia Iuda: sed præmisit purgationem a peccatis. Habuimus etiam ex  
Gregorio, si districte iudicemur, nullam esse spem salutis, etiam cum bona  
opera facimus.

VI. Quod si Deum consideremus Patrem, tum vero negamus, ei nihil pla-  
cere, quod sit peccatum: non quidem, qua peccatum est: sed tamen quod  
peccatum. Ratio, quia ipsa misericordia non potest considerari, nisi suppo-  
rfito peccato. Itaque miseretur Deus proprie, non iusti, sed peccatoris: ni-  
mirum condonando peccata. Placent ergo Deo iustorum opera, tanquam  
Patri, cum corundem defectum non imputat.

VII. Tertia ratio Bellarmini: Si bona opera essent peccata mortalia: ergo  
vel propter innatam concupiscentiam, vel ex defectu dilectionis Dei, vel  
ex admixtione peccati venialis. At nihil horum. Non propter concupis-  
centiam: tum quia haec non est peccatum: tum, quia non semper mouetur,  
teste Augustino, cap. 8. libr. 6. contra Julian. Non propter defectum  
charitatis, quia culpanus est, aut peccatum, teste Augustino, cap. ultim.  
de Spiritu, & litera. Non denique propter veniale: tum quia non est necesse  
semper admissi, tum quia non sit contrarium charitati, nec proprie  
contra legem.

VIII. Respondeo, primo, enumerationem peccare, cum desit membrum  
vnum de peccato mortali, illo ipso quod Papista sic appellat: nā hoc inter-  
dum inserit se bonis operibus. Gregorius certe testis est ultim cap. Mor-  
alium, *Eadem intentione, qua Deo placere studio furtim se nescio quomodo inten-  
tio humana laudis interserit: unde concludens, si de his, inquit, diuinus distri-  
ctus discutimur, quis inter ista romanet saluti locus?* Atqui tum Papista vanam  
gloriam numerant in mortalib. tum vero, et si districte venialia discutian-  
tur, negant tolli salutis locum. Mitto non bene disparati concupiscentiam a  
defectu dilectionis diuinæ, quum hic sub illa contineatur. Mitto nugato-  
riam Venialis commemorationem.

IX. Reliqua sunt facilia: Nam concupiscentiam non esse peccatum: pec-  
catum veniale non esse aur contrarium charitati, aut contra legem, defectu  
amoris Dei nullam esse culpam: haec, inquam, omnia suis locis plene dis-  
cussa sunt, & refutata.

X. Negat Augustinus semper moueri concupiscentiam. Imo, inquam, distin-  
guit concupiscentiam à concupiscentia motu: & vtrunq; tamen dicit peccatum.  
Verba attende, *Ipse motus actus est eius, quamvis mente non consen-  
tire desit effectus.* Inest enim homini malum, & præter istum actum, id est, præter  
hunc motum, vnde surgit hic motus, quem motum dicimus esse desiderium. Non  
enim semper est desiderium contra quod pugnemus: sed si tunc non est, quando non  
occurrit quod concupiscatur sive animo cogitantis, sive sensibus corporis fieri potest  
vt insit qualitas mala, sed nulla sit tentatione commota: sicut inest timiditas ho-  
minis timido, & quando non timet. Hoc si verum, ergo non bene concluditur,  
nullum esse peccatum, si non moueat concupiscentia.

XI. Veruntamen, nego in operibus non moueri concupiscentiam: nego  
eam mentem fuisse Augustini. Hic enim in genere tantum docere voluit dis-  
tingui malum concupiscentia ab eius motibus: vtrum autem reapse separantur in vllis operibus non dicit. Itaque dixi duntaxat, si nihil sit quod co-  
cupiscatur, tum nullum esse desiderium, id est concupiscentia motum: sed,  
in vllis operibus nihil esse quod concupiscatur, non dixit: & omnes, credo,  
vident non posse, dici, quandoquidem actus oporteat omnes à voluntate  
prodire: concupiscentia autem non sit separatum quid à voluntate, sed  
plus voluntatis infirmitas. Itaque quomodo, cum podagricus mouetur,  
mouetur non firmiter: non quod non sit aliud infirmitas podagræ, aliud  
motus: sed quia non itidem separatur vt distinguatur: sic non potest moueri  
voluntas, quæ eadem sit infirma per concupiscentiam, vt non habeat motu  
infirmitum. Quare, et si verum tum non moueri concupiscentiam, cum nihil  
occurrit concupiscendum: tamen falsum est, tum non moueri, quum ali-  
quid est agendum: ac proinde non immiscere se bonis operibus.

XII. Quarta ratio Bellarmini: Si Sanctorum opera in iudicio Dei con-  
sistere possunt: Ergo sunt vere iusta. Antecedens probat, Psalm. 7. *Iudica  
Tom. III.*

me; Dens, secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam super me.  
Psalm. 17. *Exaudi, Domine, iustitiam meam.* Probaisti cor meum, & vis-  
tasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Psalm. 8.  
Retribuet mihi Deus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem ma-  
num meum retribuet mihi, quia custodiui vias Domini, nec impie gessi à  
Deo meo. Psalm. 26. *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea  
ingressus sum.* Psalm. 119. *Feci iudicium, & iustitiam, ne calunnientur me  
superbi.* Consequentiam probat, quia, si opera essent peccata, tum qui  
peterer se iudicari secundum iustitiam suam, damnationem pro absolu-  
tione quereret.

XIII. Respondeo, iudicium Dei, aliud esse distinctum, aliud discretionis:  
Illud, cum absolute, & secundum se a Deo quis iudicatur ex præscripto  
legis: Hoc vero, cum per comparationem infidelium, & impiorum. In  
ilio, negamus posse opera iustorum consistere, vt ante & probatum, &  
disputatum est. Ad probationes antecedentis, respondeo Davidem non  
postulasse le iudicari in illo iudicio, districto. Imo deprecatus est potius  
& quidem serio. Psalm. 14: *Et non intras in iudicium cum seruo tuo: quia non  
iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Et alias siue misericordiam im-  
plorauit. Quare hi loci intelliguntur sunt de iudicio discretionis: vt alias  
Psalm. 28. *Ne simul trahas me cum peccatoribus, & cum operantibus ini-  
quitatem ne perdas me.* Et vero Psalm. 7: contextus id ostendit: vnde Ian-  
nius illum ipsum versum sic explanat, Itaq., quoniam tibi competit iudicium,  
quoso, Domine, vt pro me, contra hostes meos, facias iudicium secundum iusti-  
tiam meam, quia erga illos me gessi.

XIV. In altero autem iudicio, quod est discretionis, negamus quæcumque  
subsistunt opera esse vere, id est, perfecte iusta. Est enim hoc iudicium  
ex misericordia, quæ fideles discrevit Deus ab impiorum. Itaque David vtra-  
que coniungit: & tuam iustitiam, & misericordiam Dei. Vt illo ipso Ps. 17:  
postquam prolixè proposuit illam, tum statim, *Mirifica misericordias tuas,  
qui saluos facis sperantes in te.* Ps. 27. *Ego autem in innocentia mea ingressus  
sum: redime me, & miserere mei.* Similes sunt multi loci.

XV. Confirmatur hac consideratione, quod David non opera quædam  
sua nominatim designet: sed indefinite postulet iudicari secundum opera  
sua, secundum innocentiam suam, quæ phrasis complectitur, aut omnia,  
aut certe plurima opera, id est, maiorem partem, vt minimum. Tantum au-  
tem iustitiam quis audi tribuat, vt vel tota vita, vel maiori parte nihil pec-  
cauerit: Quod si est alienum à verisimili, tum profecto non potest intelligi  
hoc iudicium districtum. Quod nobis quidem sufficit.

XVI. Rationem quintam à Clingio, paulo intricatiorem describam.  
Paulus hoc ceufer peccatum, quod voluntate fit: sic etiam, quod non vult  
sibi imputari, velut auctori, peccatum membrorum, propter rensum vo-  
luntatis: ad Romanos 7. Augustinus disputat. 2. contra Fortunatum, *Ego  
dico, peccatum non esse, nisi propria voluntate peccetur: & hinc esse premium,  
quia propria voluntate recte facimus. Qui non voluntate peccant, non peccant.*  
Ambrosius libra. de Iacob, & Vita beata cap. 3. *Nemo tenetur ad culpam, nisi  
voluntate propria deflxit.* Si ergo voluntate peccatur, sequitur, quod iustus,  
dum pro virili renuntiatur peccato, & voluntatem peccandi, consentiendo mo-  
tibus carnis, non habet, sed faciens quod in se est adiutus gratia, in qua facit  
opus bonum, non peccat. Sic videtur firmari posse. Nemo reniens peccato  
peccat. At iustus renuntiatur peccato. Ergo iustus non peccat. Maior probatur  
ex illis auctoribus.

XVII. Respondeo, negari maiorem. Nam Paulus ipse testatur, se facere  
malum (id est peccare) quod nollebat. Renitebatur ergo peccato, & tamen  
peccabat. Idem testatur non esse conciūm sibi, & tamen in hoc non esse iu-  
stificatum. Denique omnis iustus renuntiatur peccato, & tamen peccat: quia  
nullus mortalium est sine peccato.

XVIII. Sedi inquit, non peccatur nisi voluntate. Ita est, inquam. Sed hunc  
ipsum, qui renuntiatur peccato, dico, voluntate tamen peccare. Est enim con-  
cupiscentia carnis, voluntas: vt alias disputatum. Tum quicunque peccat  
per defectum voluntatis, id est, per voluntatem imperfekte bonam, si vo-  
luntate peccat. At nemo iustorum in hac vita est, qui etiam tum cum reni-  
ntiatur peccato, voluntatis defectum nullum habeat, alioquin non haberet  
concupiscentiam. Breuiter, quicquid perfecte bonum est, id oportet tale  
est secundum omnes circumstantias: at voluntas non potest adeo esse atten-  
ta, vt in omnibus circumstantiis & que sit recta. In eam rem dicebat Grego-  
rius, *Intentam Deo animam ipsa adhuc corruptibilis caro diuerberabat, et si  
amoris pulchritudinem obscurans, & illicitis cogitationum motibus sedat,* c. 19,  
libr. 9. & libr. 31. c. 16. *Sape intentionem nostram, dum ante Dei oculos recte inci-  
pit, occulta sibi subiuncta, & eam veluti in itinere comprehendens, intentio hu-  
mana laudis affertur.* En tibi quomodo & velut iustus non peccare, & vo-  
luntate tamen peccet.

XIX. Sextam rationem sumo à Becano repetitam ab Abræ Rononis §. 3.  
fect. 8. contra quatuor ministros, *Vbicunque sunt sufficientia princi-  
pia operationis, ibi potest esse recta & honesta operatio.* At in homine  
iusto sunt sufficientia principia rectæ operationis. Ergo in homine iusto  
potest esse recta operatio. Minor probatur. Quia ad rectam operationem  
sufficiunt hæc tria principia: Intellectus, qui intelligat quid agendum sit,  
quid fugiendum: Voluntas, quæ amplectatur id, quod ab intellectu tan-  
quam bonum & honestum proponitur. Potentia exterior, quæ exsequatur  
id, quod voluntas amplexa est, & exsequendum imperauit. Hæc autem tria  
sunt in homine iusto: Intellectus enim lumine fidei illustratus: Voluntas à  
Deo excitata est, & adiuta: denique potentia exteriore.

XX. Sed reuocandum est Becano in memoriam: adesse illa principia, vel  
perfecta, vel imperfecta, & infirma. Si imperfecta adfuerint, tuum syllogismi  
propositi negatur maior. Quomodo enim, cui crux sunt, potest ambulare;  
sed si infirma, non potest bene ambulare: & cui oculi, potest videre: sed si lu-  
sciosi, non bene videre: & cui lingua, loqui; sed non bene loqui, cui blasphemare:  
omnino axioma est vniuersale ab infirmis principiis effecta non produci  
perfecta.

XXI. Quod si perfecta actionis principia supponantur, negatur minor.  
Nam & intellectus imperfecte illustratur in hac vita, in qua cognoscimus  
tantum ex parte, videmusque in imagine. Et voluntas excitatur quidem  
& adiuuat: sed non perficitur. Et quod ad vires attinet, diserte Chri-  
stus

stus. *Spiritus promptus est, sed caro infirma est.* Matthæi 16. Paulus etiam ad Roman. 7. *Velle, adest mihi, sed, ut quod bonum est, perficiam, non assequor.*

## C A P. XXIV.

De Patribus.

I. Deuentum est ad Patres, quos citari tam paucos miratus sum, multo magis, tam male: Brevis labor erit. Ambrosius Apologiae Davidis c. 6. Etenim, quæ non potest sine peccato esse humana fragilitas, cauendum est, ne plura peccata sint quam opera virtutum. Hic Bellar. notat distingui, opera virtutum, à peccatis: quod non fieri, si omnia opera, quantumcunque bona, essent vere peccata.

II. Enim uero, quis iste disputationi pudor est? Distinguuntur opera virtutum à peccatis, ergo in operibus virtutum nihil est peccati admixtum. Ne Chorœbus quidem tam putide negaretur. Imo opera virtutum sunt etiam quæ admixtum aliquid habent peccati, neque admixtum haberent quicquam peccati, si non essent opera virtutum: quia essent pura peccata. Et vero improbitatem videte. Consentient aliqui bona opera esse infecta peccato, & nunc tamen ex distinctione virtutis & peccati, concludant nihil esse peccati in virtute. At qui alterum necesse est, aut nunquam admiseri: aut posita distinctione, non sequi, non admiseri. Itaque Gregorius dicebat, & peccata nostra para esse peccata, & bona, non esse pura bona.

III. Quanquam id ipsum quod Ambrosius dixit, non videatur admodum considerare dictum. Ponit enim, Omnia nostra, quasi in trutina ponderari, si bonis factis peccata preponderent, precedere ad iudicium: Quo videtur afferre, sic examinari aëlus nostros in iudicio diuino, vt, si plura sint peccata, sequatur condemnatio, & supplicium: contra vero, si plura bona. Sed id non potest consistere cum veritate. Quia examen illud sit, per legem, vel per gratiam. Si per legem, tum necesse est, non plures esse virtutes, vt ne sit condemnatio, sed omnino nulla peccata, quia qui peccat in uno, fit omnium reus, & rata auagria, & iuxta Savatoris iustificationem. Sin fiat per gratiam, tum vero, etiam cum plura sunt peccata, sequitur absolutio, propter remissionem: vi in iis, qui moriuntur statim accepta gratia: cuiusmodi fuit ille latro in cruce, & fortasse alii.

IV. Ambrosio subiicit Hieronymus lib. 3, aduersi. Pelagianos, *Hoc & nos dicimus, posse hominem non peccare, si velit: pro tempore, pro loco, pro imbecillitate corporeæ: quandiu intentus est animus, quandiu chorda nullo vitio laxatur in cibara.* Et post, *Qui cantus est & timidus, potest ad tepe vitare peccata.* Admitit, inquit Bellar. saltem aliquanto tempore posse hominem diligenter, nullum peccatum, ne veniale quidem admittere.

V. Magnum, inquam, mendacium; nec puto veniale. Nam Hieronymus non ita absolute, sed hypotheticæ: quandiu intentus est, quandiu chorda nullo vitio laxatur. Et, vt hypothesis exponat, statim, *Quod si pantulum se remiserit, dicit fragilitatem suam.* Manifesta res. Si nullo vitio chorda laxatur, vitatur peccatum: si pantulum remiserit, non vitatur. Sed manifesta insanitia, esse ergo posse sine peccato quenquam: nisi prius probes esse quenquam, cuius voluntas ita sit intenta, vt nullo vitio laxetur. Quod dicant sane, qui negant concupiscentiam non tantum esse peccatum, sed etiam infirmitatem.

VI. Hieronymum sequitur Aug. de Spiritu & Litera c. vltim. de iustitia quadam minore, huic vitiæ competenti. Sed huic locum nos ante examinamus, & ostendimus, nihil adfruere, quod sit reuera, aut unquam fuerit, aut unquam futurum sit.

VII. Idem de Bono coniugali cap. 6. *Conginalis concubitus generandi gratia, non habet culpam: concupiscentia vero satianda, sed tamen cum coniuge proper fidem thoracis, veniale culam: adulterium vero, siue fornicatio lethalem habet culpam.* Et capite septimo, *Continentia meriti est amplioris: reddere debitum coniugi, nullius est criminis: exigere ultra necessitatem culpa venialis: fornicari, vel mœchari, puniendi criminis.* Bellarminus quatuor distinguit gradus: Continentiam, Concubitum, gignendi causa, concubitum satianda libidinis, fornicationem. Tum si continentia est peccatum mortale: quid erit concubitus gignendi causa? Et si hic peccatum est ex omni parte: quid erit concubitus libidinis?

VIII. Imo Sophista, quæ de rebus in abstracto dicta sunt, interpretatur de operibus in particulari. Nos fatemur, & concubitum solus generationis causa, nihil habere culpæ. Sed adhuc querimus, qui eo vñslit hoc modo, vt nihil dederit voluptati: quomodo nouimus amorem proximi propter Deum, meram esse iustitiam: sed neminem scimus, qui proximum amaret tantum propter Deum. Itaque, quomodo peccari dicimus in amando proximo, ita & in concubitu. Nec aliud iudicium de debito reddendo, immo de continentia.

IX. Sed: si continentia peccatum est. Imo nos ita loquimur, continentiam esse peccatum: sed huius illiusque continentiam, siue quod idem est, in continentia peccari. Sed si tamen continentia peccatum est, quid erit concubitus generationis causa? Itidem vt continentia, inquam, non ipse peccatum, sed factus cum peccato. Rursus si concubitus generationis causa peccatum est ex omni parte. Redarguat te Deus, Satanæ: qui tam impudenter es calumniator. Si tamen peccatum est: quid erit concubitus libidinis? Maius, inquam, peccatum. Si concubitus libidinis peccatum est, quid erit scoratio? Maius inquam, peccatum. Nonne id sufficit nostræ controversiæ? Aut quomodo sperare potuit Iesuita, solis istis minutis interrogatiunculis tantam rem se conjecturum?

X. Idem Augustinus, inquit, libr. 5. contra Julianum c. 3. & alii in locis plurimis, contendit opera infidelium esse peccata, non quod non sint, vel esse possint bona ex genere suo: sed quoniam deest illis intentio bona dirigi illa ad verum Deum, quem ignorant. Igitur opera infidelium ex sententia Augustini poterunt esse simpliciter, & absolute bona. Nam si fidelium quoque opera essent peccata, & quidem morte digna: quorsum tantopere laboraserit, vt probaret opera infidelium esse peccata.

XI. Portentosa consequentia: Si infidelium virtutes sunt peccata propter defectum intentionis: Ergo fidelium virtutes non sunt peccata, quia

adest eis intentio. Quasi diceret, Si spiritu Æterni valetudo est mala, propter laesum cerebrum: Ergo podagrici valde, udo est bona, cui cerebrum in regu: Quis sic argumentantem negauerit opus habere Anticyra? Nimirum quia varia sunt morborum genera. Atqui variis sunt peccatorum gradus & peccatum est, non tantum totalis defectus intentionis ad Deum, qua deficiuntur infideles, sed etiam intentionis gradus diminutus, qui est etiam in perfectissimis quibusque, dum sunt in hac vita.

XII. Sed cur tantopere laborauit Augustinus? Facilis responsio: quia negabant Pelagiani: prout solet heresis etiam in perspicuissimis quibusque fatigare Ecclesiam. Sed, si etiam fidelium bona opera essent peccata, illa multo magis. Fato: sed utrumque æque Pelagiani negabant: quare utrumque fuit confirmandum. Quomodo nos etiam hodie Papistas competimus, & omnes in isto capite, & non paucos in utroque importunos.

XIII. Aciem claudunt Gregorius, & Bernardus. Ille 1. Moral. cap. 5. Si in sermonibus suis dicimus Iob deliquisse, quod sentire nefas est, Deum dicimus in sua propositione victoriam perdidisse. Et 9. 26. Ipsa bona nostra insidiantis culpa euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur. Ad Augustinum 10. responsi. Bonarum mentium est, ibi etiam aliquo modo culpam agnoscere, ubi culpa non est.

XIV. Respondeo, in primo loco, Gregorium, conformiter loqui cum Scriptura, quæ Iobum negat peccasse in primis sermonibus: quod nos ante considerauimus. Nempe, vt sit haec laus à misericordia, à qua, quæ bona sunt, quatenus bona sunt, admittuntur: quatenus autem mala sunt, id est, male fiunt, condonantur. Césetur ergo iustitia, tum ab inchoata sanctitate, tum à perseverantia, quæ & non tantum non discedit a bono, sed etiam in eo proficit. Sic intelligendum Gregorium, manifestum est ex ipso contextu. Primo enim peccasse negat in sermonibus suis: quasi vñuerat sicut: cum tam Scriptura laudet primos tantum sermones. Secundo, si admittatur peccasse, Deum victoriam amisisse: hoc vero debuit diligenter Bellarminus expendere: quod omnino progressum vñueratum comprehendit huius tentationis, imo exitum: nū vero partes singulas. Nam si has, ut sensus sit, si vel in villa parte tentationis Iob humanum quid passus sit: tam quis negare possit Deum excedisse victoria? Nam constat Iob, quasi vñctus, ostendisse non nihil impatientiae, cum maledixit diei suæ. Sed nimirum alius sensus est quem ipse Gregorius exprimit, *Nisi in sua iustitia permanserum nosset, non vñtique pro illo proponeret: nec peritum in tentatione concederet, de quo ante tentationem, ex Dei laibibus, in tentatoriis mente inuidia fuerant facies excitata.* De perseverantia igitur certamen erat: hoc est, utrū afflictus permanens usset in iustitia: victoriam igitur Deo contra Diabolum non negat, qui negat Iob omnino nihil peccasse: sed qui defecisse dixerit. Deficit autem, non qui nihil peccat: sed qui nihil boni agit. Hoc modo Iob non peccauit: et si altero modo peccarit.

XV. Secundus locus leuior est: qui agnoscit bona nostra vix euadere culpam, nisi sollicito timore muniantur: quo ipso constat, in bonis etiam operibus esse culpam, quod nos defendimus, cum non muniuntur timore illo: nec profitetur ullum hanc culpam euasisse. At nos negamus in vlo vñquam tam exactum, tam circumspicuum timorem fuisse, vt cauerit, quicquid cauedum fuit. Denique vñ dicam clarius? Et si verum sit, non evitari culpam, nisi præsente hoc timore: tamen falsum est, semper vitari culpam eodem præsente. Quomodo dicas non esse sanitatem, nisi ab sit febris: & tamen non esse sanitatem semper, et si ab sit febris: quia aliud quid esse potest, quod laedit sanitatem. Sic eti timorem Dei quis habeat, tamen potest non satis circumspectus esse: potest infirmus esse: potest quid aliud. Propterea ipsum Iob, cui adfuisse hunc timorem creditur Gregorius, tamen norat non certum fuisse de operibus, ipsa, inquit, bona nostra, nam vñs est contextus, vt mirer Bellarminus non vidisse, ) quia insidiantis culpa euadere gladium nequeunt, nisi sollicito quotidie timore muniantur, per sanctum virum nunc recte dicitur, *Verebar omnia opera mea: ac si humili confessione diceretur:* Qua aperte egerim video: sed quid in his latenter pertulerim, ignoravimus? Sollicito timore munitum virum, tamen ignorasse quæ latenter pertulerit: vnde vereri iusta causa sit ne culpam non eascerit etiam in bonis operibus? Hoc vero, qua verisimilitudine dictum, si necessario æque verum sit, vitare culpam, si quis munitus sit illo timore: ac verum est non vitare, si non sit munitus?

XVI. Terrius locus rapit me in admirationem immanis Sophistices tam portentosè ludentes, imo imposturam facientis in re tam sancta. Dixit Gregorius, bonarum esse mentium ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, vbi culpa non est: & vere dixit, & sancte dixit: quod isti rapiunt in sensum, nec sanctum, nec verum. Loquitur Gregorius de variis infirmitatibus, quæ homini acciderunt propter peccatum, & nominat de menstruis mulierum, quas negat prohiberi propterea, aut intrare Ecclesiam, aut percipere communionem: quia in eo culpa nulla sit. Promittit, *Perpende, frater charissime, quia omne quod in hac mortali carne patimur ex infirmitate naturæ, est digno Dei iudicio post culpam ordinatum.* Quæ igitur verba Bellarminus recitat, ea significant debere viros pios in illisipsis infirmitatibus, quæ non sunt eorum opera ex voluntate mala, sed m. 3. p. 2. potius ex Dei iusto iudicio propter peccatum: debere inquam, agnoscere suas culpas, sua peccata, nimis quæ his infirmitatibus à Deo puniuntur. In nunc, & Sophistarum aut conscientiam laudato, aut iudicium.

XVII. Supereft Bernardus c. 10 de Praecepto & Dispensatione, *Bonus obedientia gradus est, si uicta magistris nostris iuramentis, propter metum gehenna, seu propter professionem sanctam, quam professus est, quipiam obediuerit.* Melior tam, cum ex Dei amore obediatur. Illa qui, pei obedientia necessitatis est, ista caritatis. Et c. 11. *Hæc generalis regula sit vñuersorum, quæ per se, aut propter se nec bona nec mala sunt, aut propriæ cuiusq; professione, aut diuina institutione fixa non sunt, vt non iussa quidem, sicut vñctus liber vel admittantur vel omittantur: iussa vero sine culpa non negligantur, sine crimine non contemnantur.* Vbique enim & culpabilis neglectus, & contemptus damnabilis est,

XVIII. At ista quis non miraretur induci, ad probandum, aliqua opera esse absque ullo peccato bona? Nam profeccio nihil illa tale expiavit. Nec sequitur, si obedientia gradus sunt: ergo ita à quoquam obediri, vt nihil peccet. Nam aliud est ipsam obedientia naturam explicare, aliud opera singula ponderare. Qui ergo potuit Bellarminus hic pro se arripere? Audit, & miramini. Bernardus cum dicit, obedientiam ex metu gehennæ esse bo-

se bonam, peccato, en-  
tice i. Imo  
nos negam  
est.

XIX. In  
pter neglec-  
contempnu-

Enchiridij  
Confessio  
Galenus C  
scundo :  
monstratio  
seq. Scultim  
duterrij In  
tatione lecu  
III. Fid  
Cicerone,  
que consta  
lis in sacri  
sificatione  
vñctus ne discu  
scendum in  
f. r. m. Q  
Ad Rom  
IV. His  
gends non  
of Matth.  
Dominus L  
m. qui co  
V. The  
sumptu  
que lomp  
cielus, Bap  
dam noto  
n. per que  
tus Sanctu  
s. dica  
st. Act. 19.  
cunfam  
Phor. ad T  
s. infidelit  
l. ignoram  
VI. He  
biu iplo fi  
fideis ad  
je regis.  
Non domi  
natur.

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

III. Fid  
Cicerone,  
que consta  
lis in sacri  
sificatione  
vñctus ne discu  
scendum in  
f. r. m. Q  
Ad Rom  
IV. His  
gends non  
of Matth.  
Dominus L  
m. qui co  
V. The  
sumptu  
que lomp  
cielus, Bap  
dam noto  
n. per que  
tus Sanctu  
s. dica  
st. Act. 19.  
cunfam  
Phor. ad T  
s. infidelit  
l. ignoram  
VI. He  
biu iplo fi  
fideis ad  
je regis.  
Non domi  
natur.

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

VIII. Sa  
na profess  
ratio occu  
ad Gal. 6.  
tus fidem  
non cadit  
placiter C  
kin & ab

se bonam, ex charitate meliorem, intelligi bonam simpliciter, & sine vilo peccato, etiam veniali, posse praestari. Tantumne in vlo homine confiden-  
tie? Imo tantum ne impudentia, vt sua somnia tam secure effutiat? At  
nos negamus ita vel cogitasse Bernardum, quod nec dixit, & absurdum  
est.

XIX. Imo, inquit, alioquin non distingueret eam ab inobedientia propter neglectum, quam dicit esse culpam venialem: & inobedientia propter con-  
temptum, quam dicit esse criminalem, atque damnablem.

XX. Imo, inquam, inobedientia necessario & per se distinguitur ab obedi-  
entia: pertinetque haec oppositio ad utriusque naturam. At nos lo-  
quimur non de ipsa obedientiae natura in abstracto: sed de operibus, quae  
ab ea manant. Etsi autem verum sit obedientiam distinguere ab inobe-  
dientia, sive veniali, sive mortali, nunc enim nihil ad rem: ta-  
men falsum, posse obedientiam praestari a quo-  
quam in hac vita sine pec-  
cato.

FINIS LIBRI VNDÉCIMI.

## LIBER DVODECIMVS DE FIDE.

### Caput Primum.

**D**oximam polliciti sumus disputationem de Fide, quam tractarunt mihi cogniti, ex nostris Calvinis Institutionis libri tertij capite 2. Bulingerus Deca-  
dis primæ sermone 4 & 5. Musculus, & Melan-  
chthon in locis Communibus, Chemnitius Examini-  
nis parte 1. loc. penultim. Parvus contra Bellarmi-  
num de Iustificatione Impii.

II. Papistæ vero: Bellarminus de Iustificatione libri primi capite tertio & sequentibus. Costerius Enchiridij capite quarto: Tapperus articulo nono & decimo: Hosius Confessionis capite decimo quarto Lorichius in Fortalitio Fidei: Matthæus Galenus Catechesi vndecima: Franciscus Sonnius Demonstrat. tract. 2, secundo: Salmerio in Epistol. ad Galat. disputatione quarta: Pighius con-  
troversia 2. Sanderus de Iustificatione: Franciscus Cordubensis, Annotatio num artic. 1. Martinus Began. opuscul. quarto primi tom. cap. septimo & seq. Scultingius Bibliothecæ Catholicæ tom. 2. contra caput secundum libri tertij Institutionis Caluini. Zacharias Bouerius tom. 2. in Demonstra-  
tione secundi Symboli.

III. Fides homonyma est: alias Ethica, alias Theologica. Illa, autore Cicerone, lib. 1. de officiis fundamentum iustitiae, dictorum, conuertorum, que constantia & veritas. Qui vñus in profanis autoribus plurimus, nec nullus in sacris. Hier. 7. Perit fides, & ablata est de ore eorum. Ampliata tamen si-  
gnificatione, vt sincerum denotet cuiusq; affectum in tuendis suis officiis par-  
tib; ne discedat ab æquo & iusto. t. Samuelis 2. Dominus retribuit vñiq; secundum iustitiam suam, & fidem. Prior. t. Timoth. 5. Primam fidem irriam fec. runt. Quo sensu etiam de Deo usurpatur Psalmus 33. Omne opus Dei in fide. Ad Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei etat vacuit?

IV. Hinc fidelis, quicunque eo animo est, vt suas partes in officiis fun-  
gendas non deserat. Numero. II. Seruus meus Moses in tota domo mea fidelis  
est, Matth. 24. Quis est fidelis seruus, & prudens? Imo Deus ipse Deuteronom. 7.  
Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis. Post. ad Thef. 3. Fidelis Domi-  
nus, qui confirmabit vos, & custodiet à malo.

V. Theologica Fides a primo illo quidem vñu deriuauit nomen, sed trans-  
sumptum ad peculiarem: quomodo alia non pauca usurpauit Spiritus, que sumpta de medio tamen diuinus significant, vt Gratia, Charitas, Ec-  
clesia, Baptismus, Coena, Salus alia, que nunc in Ecclesia vix audiuntur: ea-  
dam notio, qua in seculo. Significat ergo virutem, propriam veræ religio-  
ni, per quam distinguuntur fideles ab infidelib; Ita n. loqui consuevit Spiritus  
Sanctus, vt quicunque homines alieni sunt à verâ religione, ἀπέστει, In-  
fideles dicantur: & contra, πιστοί, Fideles, Ioan. 20. Et ne esto, ἀπέστει, ἀλλά πισ-  
τε. Act. 19. οἱ εἰς τὸν κόσμον τοις πιστοῖς, Fideles qui erant ex circuncisione. Et 16. Filius  
eniusdam mulieris Iudaæ fidelis. Post. ad Corinth. 6. Qua pars fidei cum infidelis.  
Prior. ad Tim. 4. Omnia hominum, maxime fidelium. Prior. ad Cor. 6. Et hoc  
sub infidelib; Septimo. Si quis frater habet coniugem infideliem. Prior. ad Tim.  
1. Ignorans feci, ἀπέστει, in incredulitate.

VI. Hæc tamen fides adhuc non vno modo legitur. Alias proprie pro ha-  
bitu ipso fidelium inhærente cordibus, per quem vñusquisque fit & dicatur  
fidelis. ad Roman. t. Fides vestra annunciatu toti mundo. Ad Ephes. 1. Audita  
fide vestra. Prio. ad Corinth. 2. Vt fides vestra non in sapientia hominum, Post. 1.  
Non dominamur fidei vestra. ad Rom. 1. Per mutuam fidem vestram simul &  
meam.

VII. Alias vero figurare, ac primo quidem μετανοεῖσθαι, pro obiecto fidei  
proprie dictæ: vt significet vñuersam doctrinam Christianam, cui vera fide  
adhærendum sit, atq; adeo adhærentijs, qui fideles dicuntur. Ad Ephes. 4.  
Vnus Dominus una Fides, vñum Baptisma. Ad Tim. 3. Tenentes mysterium fidei, Act. 6. Multa turba Sacerdotum auscultabat fidei. Ad Galat. 1. Qui perse-  
quuntur nos aliquando: nunc annuntiat fidei, quam olim vastabat. Et est fre-  
quentissima notio apud Veteres: vnde in Athanasii Symbolo, ὅσιος βαλεντίνος επίσκοπος της ἡγετείας της Κορινθίας περὶ τοῦ θεοῦ τὸν πιστόν, Quicunq; vult saluus esse,  
ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem. Aug. Epist. 86. Sit ergo una fidei  
vñuersa que vñiq; dilatatur, Ecclesia tanquam intus in membris: etiam si  
per fidei vñitas quib; diuersis observationib; celebratur. Quanquam in  
hanc partem exempla cumulare, que vñiq; sunt obvia, superfuum sit.

VIII. Secundo ouerboꝝ vñerpatur pro fidei quadam parte, pnta exter-  
na professione, vnde illa Iacobi fides sine operib; que & mortua. Quanquam  
raro occurrit in Scripturis: & forte nusquam alibi: nisi quis hue referat illud  
ad Gal. 6. Erga domesticos fidei. Quia n. hortatio est ad benefaciendum, vide-  
tur fidei nominare professionem externam, non vero vim internam, que  
non cadit in cognitionem nostram. Sed apud Patres crebrum, vt fides sim-  
pliciter Christianitatem denotat.

IX. Est & alia fidei acceptio: pro miraculorum efficientia, que solebat o-  
lim & ab initio fidem comitari. Prioris ad Corin. 13. Si habeam totam fidem,

Tom III.

adeo vt montes transferam, charitatem autem non habeam nihilsum. Et 12. A-  
ly datur fides per Spiritum. Oecumenius in ea verba. Πιστή, φίστιν, καὶ τὸν δο-  
γματων, ἀλλὰ τὸν τῷ σπείρων: Fidem dicit, non eam que est dogmatum, sed eam  
que est signorum: que verba habent à suo Chrysostomo: cui Theodoretus ac-  
cedit: Item Hieronymus, sive quis est alius.

X. At non tantum Bellarm. historicam fidem, & miraculorum, & promis-  
sionum fidem vnam & eandem pronuntiat: sed etiam Zacharias Bouerius  
asserit eam distinctionem male assignari: & disputat his argumentis. Primo,  
quia Scriptura vnicam tantum fidem docet. Secundo, quia ea distinc-  
tio omnib; Patrib; & Concilis signata. Tertio, quia fidem dilaceret, & velut  
infusa concidat.

XI. Sed nobis haec distinctione non tantum vera sed etiam necessaria vide-  
tur, & ex ipsis Scripturis. Quanquam fidem promissorum sive promissio-  
num, non vidi apud vlo loco nominatam, sed pro ea veram fidem, sive  
fidem iustificantem: sed hanc quia peculiariter innititur promissionib; de  
remissione peccatorum; hinc factum, vt aduerfat sibi ita permiserunt appelleare. Et esto sane: nos enim non solemus in appellationib; esse supersticio-  
si, dum res ipsa sit in tuto. Nobis igitur haec ratiocinatio est. Ea que possunt  
separari inter se, non possunt vnum & idem. At haec notiones sidei possunt in  
vñem separari. Non sunt ergo vnum & idem. Maior per se patet: nam sepa-  
ratio non potest esse absque numeri multiplicatione, quam vñitas & iden-  
tias respuit. Assumptum a facile est. Nam separari miracula à vera fide o-  
mnino necesse est nisi vtrumq; verum sit, & omnes vere fideles edere miracula:  
& omnes, qui edunt miracula esse vere fideles. Quod vtrumq; ipsa do-  
cer experientia falsissimum esse. Rursus: si non separantur fides historica, &  
fides vera: ergo quicunque historice norunt articulos fidei iidem vere sunt  
fideles. At hoc falsum. Nam Simon ille magus dicit credisse Act. 8. & ta-  
men non habuisse correctum in conspectu Dei: & apud Epiphanium ἀπό-  
λον ταρδίαν, ὅτι τὸν λόγον τούτον: neq; rectum cor neq; ratione invenit. Et Psal. 50.  
Impio dixit Deus. Quid tibi ut enarras flatu a mea. & assumas pallium meum in  
os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proieciisti verba a me post te.

XII. Distinctionem esse Scripturæ incognitam, vel secundum nomen di-  
cit, vel secundum rem, secundum nomen, nihil est absurdum: nec debuit ab iis  
objici, qui sibi permittunt fidem formatam, & fidem informem. Secundum  
rem vero, falsum ponit. Atq; hoc sufficit: nam rationem docendi non est  
semper necesse existere in Scriptura: vt Trinitatem, consubstantiale, & simili-  
tia, que non inculcare Papista cum liber. Sed apud Patres veteres non re-  
periuntur dictum? Cum in promptu sint Chrysost. Oecumenius, Hieronymus,  
Theodoretus? Totidem verbis disparantes πιστή δογματων, & πιστή οντω-  
νών? Quanquam hoc cur objiciunt, qui fidem informem & formatam debet  
suis tantum Scholasticorum claustris? Fidem lacetari, & in frusta concidi-  
tantur asservat Bouerius, non etiam docuit: at nos negamus, non enim si a-  
nimam vegetatiuam, sensitivam, rationalem distingunt Physici ptoptera  
animam rationalem discerpunt. Sed Sophistæ magni sunt nugatores.

XIII. Fidei actus proprius atque, vt Scholis loqui mos est, elicitus, crede-  
re, πιστεῖν. Itaq; aliquando proprie, Act. 2. Omnes qui credebant, erant eodem  
loco. Ad Rom. 1. Est potentia Dei ad salutem cuiuslibet credentis. Ad Gal. 2. Et nos in  
Christum Iesum credidimus. Vnde & οἱ πιστοὶ οὐρανοὶ, crebro pro fidelib; Ad Ro.  
4. Vt esset pater omnium credentium Prioris ad Corinth. 1. Servare credentes.  
Est tamén cum improprie Act. 8. Simon vero & ipse credidit, id est, professus  
est credere.

XIV. Sed Theologihunc actum tripliciter distinxerunt, totidem gradib;  
& phrasib;. credere Deum, credere Deo, credere in Deum. Credere Deum  
primus gradus est, & vñuersalis quidam conceptus de Deo cum intellectui  
persuasum est, esse Deum. At credere Deo, secundus gradus, cum fides habe-  
tur Deo loquenti, tanquam veraci, nec vñquam mentienti. Denique credere  
in Deum longe strictius: & præter vtrumq; illum gradum, addit affectum in  
ipsum Deum, quem possunt non habere, non tantum qui eum credunt in  
primo gradu: sed etiam, qui ei credunt in secundo. Imo cum primus secun-  
dusque, promiscuus sit etiam creaturis: at in Deum solum credi habent  
Theologi pro certo.

XV. Rufinus in expositione Symboli: Vbi de Diuinitate fides ordinatur, in  
Deum Patrem dicitur, & in Iesum Christum, Filium eius, & in Spiritum Sanctum.  
In ceteris vero, ubi non de Diuinitate, sed creaturis ac mysteriis sermo est, in, pre-  
dictio additur vt dicatur, in Sanctam Ecclesiam: Sed Sanctam Ecclesiam credenda  
esse: non vt in Deum: sed vt Ecclesiam Dei congregatam. Et remissionem peccato-  
rum credendam esse, non in remissionem peccatorum: & resurrectionem carnis, non  
in resurrectionem. Hac itaq; propositionis syllaba Creator a Creaturis secesserunt,  
& diuinæ separantur ab humanis. Aug. Ps. 77. Hoc est n. credere in Deum: quod  
utiq; plus est, quam credere Deo. Nam & homini ciuitatis plerumq; credendū est,  
quamvis in eum non sit credendum. In Ioan. tract. 29. Non continuo qui credit ei,  
credit in eum, nam & demones credebant ei, & non credebant in eum. Rursus etiā

Q. 2 de Apo-